ἴστε ὅτι πολλοὶ καὶ ἄνδρες ὄντες ἀνανεύουσι πολλάκις πρὸς τὰς τοιαύτας αἰτήσεις; Καὶ τί λέγω πρὸς ὕδατος παροχὴν; Ἐνίοτε δάδα κατέχοντες, καὶ ὑπὸ τῶν παρ' αὐτῶν παρακαλούμενοι, ὥστε παρασχεῖν βραχὺ ἀναμεῖναι, ἵνα λύχον ἀνάψωσιν, οὐδὲ τοῦτο ποιῆσαι ἀνέχονται, καὶ ταῦτα τοῦ πυρὸς οὐδεμίαν ἐλάττωσιν ὑπομένοντος, κἂν μυριοὶ ὦσιν οἱ μέλλοντες ἄπειν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ γυνὴ καὶ κόρη, καὶ ὄβριαν ἐπὶ τῶν ὤμων φέρονθα, οὐ μόνον οὐκ ἔδυσχέρανε πρὸς τὴν αἰτησιν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδαφιλεύεται τῇ αἰτήσῃ, καὶ τὸ ποτὸν παρέχει, καὶ ἐξ οικίας γνώμης καὶ ταῖς καμήλοις ὄφρ' εὐσασθαι ἐπιτίγεται. Ὁ γὰρ φιλόανθρωπος Θεὸς ἐπινεύσας ταῖς τοῦ πατριάρχου προσευχαῖς, τὸν ἄγγελον αὐτοῦ προπέμφσας, ἅπαντα ταῦτα ὠκονόμησε γενέσθαι, καὶ καθάπερ ἤτησεν ὁ παῖς, οὕτως ἅπαντα εἰς ἔργον ἐξῆλθεν. Εἶτα ἐπειδὴ εἶδε διὰ τῶν ἔργων τὴν ἐνέργειαν τῶν εὐχῶν τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπέτυχε, καθάπερ ἐπεθύμη, τῆς κόρης, καὶ εἶδεν αὐτῆς τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλοξενίαν. Ἔσπευσε γὰρ, φησὶ, καὶ ἐξεκένωσε τὴν ὄβριαν εἰς τὸ ποτιστήριον, καὶ ἔδραμεν ἐπὶ τὸ φρέαρ ἀντιλήσαι, καὶ ὄφρ' εὐσασθαι πᾶσαις ταῖς καμήλοις. Ὅρα τὴν προθυμίαν [486] ἐπιτεταμένην. Τὸ γὰρ, Ἔσπευσε, καὶ ἐξεκένωσε τὴν ὄβριαν, καὶ ἔδραμεν ἐπὶ τὸ φρέαρ, δείκνυσι τῆς κόρης τὴν ἄφατον προθυμίαν ὅτι οὔτε ὡς ξένη ἀπέφυγεν, οὔτε προφάσι τῆς σφροσύνης ἀνένευσε πρὸς τὴν αἰτησιν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἐπιεικείας φησὶ, *Πῆς, κύριε.* Ἐνόησόν μοι ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ πόση καὶ σφροσύνης ἀκριβεία, καὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολή, καὶ φιλοξενίας ἐπιτασίς. Πόσου πλοῦτου γοῦν οὐκ ἂν εἴη ταῦτα τιμώτερα; πόσων θησαυρῶν ταῦτα οὐκ ἂν προτιμώτερά τις ἠγήσατο; Τοῦτο ἢ μεγίστη προίξ, τοῦτο τὰ μυρία ἔγαθὰ, ὁ θησαυρὸς ὁ μηδέποτε δαπανώμενος. Ὅρῶν τοίνυν λοιπὸν ἐ εὐγνώμων οἰκίτης ἐναργῆ τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, *Κατεμάρθανεν αὐτήν*, φησὶ, καὶ *κωρυδαίνωκα τοῦ γυνῶναι, εἰ εὐώδωσε Κύριος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἢ οὐ.* Τί ἐστὶ, *Κατεμάρθανεν αὐτήν*; Αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς κόρης κατενόει, τὸ βλέμμα, τὴν βάδισιν, τὸ σχῆμα, τὰ ἄλλα ἅπαντα, καὶ ἀνέμενεν ἰδεῖν, *Εἰ εὐώδωσε Κύριος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἢ οὐ.* Τὰ μὲν γὰρ ἦδη γεγενημένα, φησὶ, πολλὴν δείκνυσι τῆς κόρης καὶ ὑπερβάλλουσαν τὴν ἀρετὴν. Δι' ὃ καὶ ἀμειβόμενος αὐτὴν τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς τοῦ ὕδατος παροχῆς, περιτίθησιν αὐτῇ, φησὶν, *ἐνώτια χρυσᾶ καὶ δύο ψέλλια*, καὶ περιειργάζετο μετὰ ἀκριβείας τὰ κατ' αὐτὴν, καὶ ἠρώτα, *τίνος θυγάτηρ εἶ;* καὶ, *Εἰ ἐστὶ παρὰ τῷ πατρὶ σου τόπος ἡμῖν καταλύσαι;* Σκόπει καὶ ἐνταῦθα τῆς κόρης τὴν ἀπόκρισιν. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ ὕδατος οὐ μόνον τὸ αἰτηθὲν παρέσχεν, ἀλλὰ μετὰ τὸ πειν αὐτὸν καὶ ταῖς καμήλοις ὄφρ' εὐσασθαι ὅπως καὶ ἐνταῦθα πυθομένου τοῦ παιδός, εἰ ἴστε: μόνον τόπος, καὶ τίνος ἦν θυγάτηρ, φησὶν ἡ κόρη. *Θυγάτηρ εἰμι Βαθοῦλ τοῦ Μαλχᾶς, ὃν ἔτεκεν αὐτῷ Ναχώρ.* Λέγει καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον, ἵνα γνωρίσας ἐκείνος προθυμώτερος γένηται. Ὅρα εὐγνωμοσύνην ἢ τῆς παιδός. Περὶ τοῦ πατρὸς ἐρωτηθεῖσα οὐ μόνον τοῦτο καταμνήσει, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς τὸν πατέρα. Καὶ πυθομένου, εἰ ἴστε: τόπος μόνον καταλύσαι, φησὶν. Ὁ μόνον τόπος, ἀλλὰ καὶ ἄχυρα καὶ χορτάσματα πολλὰ παρ' ἡμῖν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ οἰκίτης, καὶ θαυμάσας τὴν παῖδα τῆς δαφιλοῦς φιλοξενίας, καὶ μαθὼν ὡς οὐ πρὸς ἀγνώτας τινὰς παραγέγονεν, ἀλλ' εἰς τὴν

* Εὐγνωμοσύνην. Hæc vox, ut jam vidimus, omnem bonum animi affectum significat. Hic autem usu singulari candidorem et ingenuitatem significare videtur. Velut interpres vertit prudentiam.

οικίαν τοῦ Ναχώρ, ὃς ἀδελφὸς ἦν τοῦ πατριάρχου, *Ἐδοκίησας*, φησὶν, ὁ ἀνθρώπος προσεκύνησε τῷ Κυρίῳ. Ἦσθεις ἐπὶ τοῖς γνωσθεῖσιν, ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις παρὰ τῆς παιδός, *Προσεκύνησε τῷ Κυρίῳ*, τὴν εὐχαριστίαν ἀνήνεγκε τῷ Δεσπότη τῷ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ἢ εὐνοίαν τοσαύτην καὶ περὶ αὐτὸν ἐπιδειξαμένην τὴν κηδεμονίαν, καὶ οὕτω πάντα μετ' εὐκολίας αὐτῷ κατευδῶσαντι· καὶ φησὶν· *Εὐλογητός Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ, ὃς οὐκ ἐγκατέλιπε τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ κυρίου μου.* Ἐπειδὴ εἶδε τῆς παιδός τὴν εὐγνωμοσύνην, καὶ ἔμαθεν ἅπαντα σαφῶς παρ' αὐτῆς, λοιπὸν καὶ αὐτὸς γνωρίζει τῇ κόρῃ, ὅστις ἐστὶ, [487] καὶ διὰ τῆς εὐχαριστίας τῆς εἰς τὸν Θεὸν κατὰδῆλον αὐτῇ ποιεῖ, ὅτι οὐκ ἐξ ἄλλοτριας οικίας παραγέγονεν, ἀλλὰ καὶ ἀδελφὸς τοῦ Ναχώρ ἐστὶν ὁ τοῦτον διαπεμφόμενος. Ταῦτα πυθομένη Ἡ παῖς μετὰ πολλῆς τῆς περιχαρείας *δραμοῦσα*, φησὶν. Ὅρα πῶς δι' ἐκάστου τῶν παρ' αὐτῆς γινομένων δείκνυσι τὸ πρόθυμον ἐπὶ τῇ φιλοξενίᾳ, διὰ τοῦ δρόμου, διὰ τῶν ῥημάτων, διὰ τῆς ἐπιεικείας. *Ἐδραμε γὰρ*, φησὶ, καὶ ἀπήγγειλεν εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρὸς αὐτῆς κατὰ τὰ ῥήματα ταῦτα. Πάντα ἄπερ ἤκουσε παρὰ τοῦ παιδός ἐγνώρισε τοῖς γονεῦσι. Καὶ ἔδραμε, φησὶ, Ἄδαν πρὸς τὸν ἀνθρώπον ἐξῶ ἐπὶ τὴν πηγὴν. Ὅρα καὶ τοῦτον διὰ τοῦ δρόμου δείκνυντα τὸν πόθον. Καὶ ἰδὼν τὸν ἀνθρώπον ἐστῶτα ἐπὶ τῆς πηγῆς μετὰ τῶν καμήλων, *εἶπεν αὐτῷ· Δεῦρο, εἰσελθε· εὐλογητός Κύριος· ἵνα εἰ ἐστῆκαὶς ἐξῶ;* Ἐγὼ δὲ ἠτοίμασα τὴν οἰκίαν καὶ τόπον ταῖς καμήλοις. Ὅρα καὶ τοῦτον εὐλογοῦντα τὸν Κύριον ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τοῦ ξένου, καὶ πρὸ τῆς διὰ τῶν ἔργων φιλοξενίας πολλὴν τὴν προτροπὴν ἐπιδεικνύμενον. *Δεῦρο*, φησὶν, *εἰσελθε· προλάβων ἠτοίμασα τὴν οἰκίαν καὶ τόπον ταῖς καμήλοις.* Εἶτα εἰσαλθόντος αὐτοῦ, φησὶν· *Ἀπέσασθε τὰς καμήλους, καὶ ἔδωκεν ἄχυρα καὶ χορτάσματα, καὶ ὕδωρ τρίψασθαι τοῖς ποσίν αὐτοῦ.*

εἰ. Ὅρα πῶς καὶ ἐπὶ τῆς πλάνης ἐχόμενοι περὶ τὴν φιλοξενίαν ἦσαν πολλὴν τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμενοι. Καὶ ἔδωκεν τρίψασθαι τοῖς ποσίν αὐτοῦ, καὶ τοῖς ποσί τῶν ἀνδρῶν τῶν μετ' αὐτοῦ. Καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς ἄρτους φαγεῖν. Ἄλλ' ἐνταῦθα σκόπει μοι τοῦ οἰκίτου τὴν πολλὴν σύνεσιν. Τί γὰρ φησὶν; Οὐ μὴ φάγω, ὥς τοῦ λαλήσαι με τὰ ῥήματά μου. Ὑμεῖς μὲν, φησὶν, ἐπεδείξασθε τὰ παρ' αὐτῶν· ἐγὼ δὲ οὐ πρότερον τῆς ἐμῆς ἀναπαύσεως λόγον τινὰ ποιήσομαι, μέχρις ἂν τὴν αἰτίαν ὑμᾶς διδάξω, δι' ἣν ἐστεῖλαμην τὴν τοσαύτην ὁδὸν, καὶ τίνος ἔνεκεν ἀπὸ τῆς Χαναάνος ἐνταῦθα παραγέγονα, καὶ πῶς εἰς τὸν οἶκον τὸν ὑμέτερον ὠδηγήθη, ἵνα πάντα μαθόντες οὕτω καὶ ὑμεῖς τὴν οἰκίαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείξησθε πρὸς τὸν ἐμὸν δεσπότην. Καὶ ἀρξάμενος διηγείσθαι φησὶ· *Παῖς Ἀβραάμ ἐγὼ εἰμι· Κύριος δὲ εὐλόγησε τὸν κύριόν μου σφόδρα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ πρόβατα καὶ μῦσχος, καὶ χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ κραιβάς καὶ παιδίσκας, καὶ καμήλους καὶ δνοὺς. Καὶ ἔτεκε Σάρρα ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου μου υἱὸν ἕνα τῷ κυρίῳ μου μετὰ τὸ γηρᾶσαι αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ πάντα, ὅσα ἦν αὐτῷ.* Ὅρα πῶς μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα αὐτοῖς διηγείται. Ἐκείνου εἰμι παῖς, φησὶν, Ἀβραάμ, ὃν ἴστε· μανθάνετε τοίνυν ὅτι τοσαύτης εὐλογίας ἀπήλαυσε παρὰ τοῦ τῶν ἀπάντων Δεσπότη, ὡς ἐν πλοῦτι γενέσθαι αὐτὸν πολλῷ. Εἶτα διδάσκων καὶ τοῦ πλοῦτου τὴν περιουσίαν, φησὶ, *Πρόβατα καὶ μῦσχος, ἀργύριον καὶ χρυσίον, κραιβάς καὶ παιδίσκας, καμήλους καὶ δνοὺς αὐτῷ γεγενῆσθαι.* Ἀκούετε, οἱ πλοῦσοι, οἱ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀνούμενοι, καὶ λουτρά καὶ περιπάτους καὶ οἰκοδομὰς λαμπράς οἰκοδομοῦμενοι, ὁρᾶτε ἐν εἰσὶν ἦν τοῦ δικαίου

ἢ πρὸς τὸν πατέρα. Sic omnes tum edidit tum mss. Rectius πρὸς τὸν πατριάρχην, in patriarcham, ut legit interpres.

ἡ περιουσία. Οὐδαμῶς ἄγρως, οὐδαμῶς οικοδομαί, καὶ ἡ περιττὴ πολυτέλεια · ἀλλὰ πρῶτα καὶ μέγας καὶ κάμφοι καὶ ὄνοι, παῖδες καὶ παιδίσκαι. Καὶ ἵνα μάθης τῶν [488] οἰκετῶν τὸ πλῆθος πῶθεν αὐτῶν ἐγεγόνει, ἐπήγαγεν ἐτέρωθεν, ὅτι οἰκονομῆς ἅπαντες ἦσαν. Οὗτος οὖν ὁ δεσπότης ὁ ἐμὸς ἐν τοσαύτῃ περιουσίᾳ γεγονώς, καὶ πολλῆς ἀπολαύσας τῆς ἀνωθεν βοήθης, ἠνίκα εἰς γῆρας ἤλασεν, ἡ Σάρρα υἱὸν ἔτεκεν αὐτῷ · τοῦτον ἔχων τὸν μονογενῆ, πάντων αὐτὸν κληρονόμον ἦδη κατέστησε · Πάντα γὰρ ἔδωκεν αὐτῷ, ὅσα ἦν αὐτῷ. Εἶτα ἐπειδὴ διηγῆσατο τοῦ δεσπότη τοὺν περιφάνειαν, τοῦ Ἰσαὰκ τὸν πόκον, λέγει λοιπὸν τὰς ἐντολάς, ἃς λαβὼν παρὰ τοῦ δεσπότη αὐτοῦ εἰς τὴν Χαρρᾶν παραγέγονε. Καὶ ὤρκωσέ ^a με, φησὶν, ὁ κύριός μου, λέγων · Οὐ λήψῃ γυναικὰ τῷ υἱῷ μου Ἰσαὰκ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Χαναταίων, ἐν οἷς ἐγὼ παροικῶ, ἀλλ' ἢ εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς μου πορεύσῃ καὶ εἰς τὴν φυλὴν μου, καὶ λήψῃ γυναῖκα τῷ υἱῷ μου ἐκείθεν. Καὶ αὐτὸς μὲν ταῦτα ἐντεταίλατο, ἐγὼ δὲ τὰς δυσκλίνας ἐνοιῶν, καὶ τοῦ πράγματός τὸ δυσχερὲς λογίζόμενος, ἐπυθόμην τοῦ κυρίου μου, εἰ μὴ βούλοιο τὴν γυνὴν πορευθῆναι μετ' ἐμοῦ. Καὶ εἶπέ μοι · Κύριος ὁ θεός, ὃ ἐσηρέστησα ἐναντίον αὐτοῦ, αὐτὸς ἀποστελεῖ τὸν ἄγγελον αὐτοῦ μετὰ σοῦ, καὶ εὐδοῦσαι τὴν ὁδὸν σου, καὶ λήψῃ τῷ υἱῷ μου γυναῖκα ἐκ τῆς φυλῆς μου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς μου. Καὶ ἐὰν μὴ παῖθῃται ἡ γυνὴ τοῦ μὴ πορευθῆναι μετὰ σοῦ ἐνταῦθα, τότε δώσω ἔσθλη ἀπὸ τῆς ἀρούς μου. Ὁ μὲν οὖν δεσπότης, φησὶ, ταῦτα ἐντεταίλαμενος, καὶ ταύταις μετὰ προσευχαῖς ἐφοδιάσας, οὕτως ἐξέτιμψεν ἐγὼ δὲ θαρρήσας ταῖς ἐκεῖνου προσευχαῖς, ἠνίκα παρεγενόμην ἐπὶ τὴν πηγὴν, ταῦτα τὰ ῥήματα ἐφθεγγάμην, καὶ εἶπον · Κύριε ὁ θεός τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ, εἰ σὺ εὐδοεῖς τὴν ὁδόν, ἦν ἐγὼ πορεύομαι · Ἰδοὺ ἐγὼ ἔστηκα ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, αἱ δὲ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων τῆς πόλεως ἐξελεύσονται ὑδρεύσασθαι ὕδωρ · καὶ ἔσται ἡ παρθένος, ἣ ἄν ἐγὼ εἶπω, Πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὕδριας σου, καὶ εἰπῆ μοι · Καὶ σὺ πῖε, καὶ ταῖς καμήλοις σου ὑδρεύσομαι, αὕτη ἡ γυνὴ, ἦν ἡτοιμάσας τῷ θεράποντί σου Ἰσαὰκ, καὶ ἐν τούτῳ γνώσομαι, ὅτι ἐποίησας ἔλεος τῷ κυρίῳ μου Ἀβραάμ. Ταῦτα μὲν ἐγὼ, φησὶ, κατ' ἐμαυτὸν εὐχόμενος τὸν θεὸν καθικέτευσα · οὕτως δὲ τέλος εἰλήφει τὰ παρ' ἐμοῦ ῥηθέντα, καὶ παραχρῆμα εἰς ἔργον ἐξῆι, καὶ τὰ ῥήματα πράγματα ἐγένετο. Πρὸ τοῦ γὰρ συντελέσαι με λαλοῦντα, ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο τὴν ὕδριαν ἔχουσα ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῆς. Εἶπον δὲ αὐτῇ, Πότισόν με, καὶ σπεύσασα καθέλε τὴν ὕδριαν αὐτῆς, καὶ εἶπέ μοι, Πῖε καὶ σὺ, καὶ τὰς καμήλους σου ποτίω. Καὶ θεασάμενος λοιπὸν ἐναργῆ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ γεγεννημένην πρόνοιαν, ἐπηρώτων τίνος εἴη θυγάτηρ · καὶ μαθὼν, ἐξ ὧν εἶπεν, ὅτι οὐ πρὸς ἔτνους ἀφικόμεν, ἀλλ' εἰς τὴν οἰκίαν Ναχωρ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου μου, θαρσήσας, Περιέβηκα αὐτῇ τὰ ἐνώτια καὶ τὰ ψέλλια, καὶ εὐδοκήσας προσεκύνησα τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐλόγησα τὸν θεὸν τοῦ κυρίου μου Ἀβραάμ, ὅτι εὐδόμησέ με ^b λαβεῖν τὴν θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου μου. Ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὕτως ἐναργῶς ψυχομηθῆ · [489] αἱ γὰρ προσευχαὶ ἀληθῶς αἱ γενόμεναι παρὰ τοῦ δεσπότη μου. Ἔμεις δὲ λοιπὸν, εἰ τὰ παρ' ἐαυτῶν ἐπιδείκνυσθε, ποιεῖτε ἔλεος καὶ δικαιοσύνην πρὸς τὸν κύριόν μου · εἰ

^a Ita Savil. et Morel. et omnes mss. In textu τῶν Ὁ' legitur ὤρκωσέ. Infra apud eodem LXX Interpretes in cod. Vatic. legitur ἀλλ' εἰς τὸν οἶκον. (In cod. Alexandr. ἀλλ' ἢ εἰς.)

^b In textu τῶν Ὁ' additur ἐν ὁδῷ ἀληθείας.

δὲ μὴ, ἀπαγγεῖλάτε μοι. Ἦδη μοι, φησὶ, γνωρίζετε, ἵνα εἰδῆναι ἔχω, ὅ τι δόμι με διαπράξασθε. Εἰ δὲ μὴ γε, ἵνα ἐτέρωθεν τὴν ὁδὸν ποιήσωμαι, καὶ Ἐπιστρέψω ἢ εἰς δεξιὰ ἢ εἰς ἀριστερά. Εἶτα ἐπειδὴ ὁ θεός ἦν ὁ πᾶντα ἐξευμαρίζων διὰ τὰς τοῦ πατριάρχου προσευχάς, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ πατήρ τῆς κόρης καὶ ὁ ἀδελφός · Παρὰ Κυρίου ἐξῆλθε τὸ ῥῆμα τοῦτο · οὐ δυνατόμεθα ἀντειπεῖν κακόν, ἢ καλόν. Ἡ διήγησίς σου, φησὶ, δεικνυσὶν ὅλον τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας γεγεννημένον. Μὴ τοῖνον νομίσης ἡμᾶς ἐναντιοῦσαι τοῖς τῷ Θεῷ δόξαν· οὐδὲ γὰρ οἶόν τε τοῦτο παρ' ἡμῶν γενέσθαι. Ἰδοὺ ἔχεις τὴν κόρην · λαβὼν ἀπόστρεψε, καὶ ἔσται γυνὴ τῷ υἱῷ τοῦ κυρίου σου, καθὰ ἐλάλησε Κύριος.

ζ'. Εἴθετε ὅπως τὸ παλαιὸν ἐπιποδοῦσαν γυναῖκας ἄγεσθαι τοῖς ἐαυτῶν παισίν; ὅπως πρὸ τῶν χρημάτων ψυχῆς εὐγένειαν ἐπεζήτησαν; Οὐδαμῶς γραμματεῖα, οὐδαμῶς συνθήκαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ καταγέλαστα, & νῦν γίνεται, καὶ αἱ αἰρέσεις; ^b ἐκεῖναι αἱ τοῖς γραμματεῖοις ἐντιθέμεναι · Ἐὰν ἄποις, φησὶ, τελευτήσῃ, ἐὰν τότε καὶ τότε συμβῆ^c · ἀλλὰ παρ' ἐκεῖνοις οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ τὸ μέγιστον καὶ ἀσφαλές γραμματεῖον, τῆς κόρης ὁ τρόπος · οὐδαμῶς κύματα καὶ χορεῖαι. Καὶ τοῦτο εἶπον, ἐπειδὴ πρὸς τὸν νυμφίον τὴν κόρην ἴδῃ ἐπαναχθεῖσαν. Ἀκούσας γὰρ ὁ παῖς ταῦτα, φησὶ, παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, προσεκύνησε τῷ Θεῷ ἐπὶ τὴν γῆν. Ὅρα πῶς καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων τῷ δεσπότη τῶν ὄλων τὴν εὐχαριστίαν ἀναφέρει. Αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ πάντα προδοποιῶν, καὶ κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ πατριάρχου, ἄγγελον προσποστείλας ἐμπροσθεν αὐτοῦ, τὰ πάντα αὐτῷ ἐξευμαρίζοντα. Καὶ λοιπὸν μαθὼν ὡς τέλος αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον ἴσχευ, Ἐξετέρας σκευῆς χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἱματισμόν, ἔδωκε τῇ Ῥεβέκκα. Λοιπὸν μετὰ παρρησίας αὐτὴν θεραπεύει, ὡς ἦδη διὰ τῶν ῥημάτων ἐγγυηθεῖσαν τῷ Ἰσαὰκ. Τιμὰ δὲ δώροις καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν μητέρα, καὶ ὅτε εἰς ἔργον εἶδεν ἐκβᾶσαν τὴν παρὰ τοῦ δεσπότη ἐντολήν, τότε λοιπὸν τῆς οἰκίας ἀναπαύσους γίνεται. Ἐσαγον γὰρ, φησὶ, καὶ ἐπιστολὰς αὐτῶν καὶ οἱ ἀνδρες αἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐκοιμήθησαν. Καὶ ἀναστὰς τῷ πρωτῷ εἶπεν · Ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Ἐπειδὴ πάντα μοι οὕτως κατενωδῶθη, φησὶ, καὶ οὐδὲν ἔστι λοιπὸν τῷ ἐλλείπον, ἀλλὰ καὶ ὅμιν τοῦτο ἀρεστὸν ἐφάνη, Ἐπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Εἶπεν δὲ, φησὶν, οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ· Μεινάτω ἡ παρθένος μεθ' ἡμῶν ἡμέρας ὥστε δέκα, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπελεύσασθε. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς · Μὴ κατέχετέ με, καὶ Κύριος εὐδόμησε τὴν ὁδόν μου ^c · ἐκπέμψατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. Τίνος ἔνεκεν, φησὶν, ὑπερτίθεσθε καὶ διαναβάλλεσθε, τοῦ Θεοῦ τοσαύτην εὐκολίαν ἐν ἡσασί μοι παρεσχῆκός; Ἀπολύσατέ με, ἵνα ἀπέλθω πρὸς τὸν κύριόν μου. [490] Οἱ δὲ, φησὶν, εἶπον · Καλέσωμεν τὴν παιδα, καὶ ἐρωτήσωμεν αὐτήν ^d. Καὶ ἐκάλεσαν, καὶ εἶπεν αὐτῇ · Πορεύσῃ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου; Ἡ δὲ εἶπε, Περύσομαι. Καὶ ἐξέπεμψαν Ῥεβέκκαν τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν, καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς, καὶ τὸν παιδα τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εὐλόγησαν Ῥεβέκκαν, καὶ εἶπον αὐτῇ, Ἀδελφὴ ἡμῶν εἰ, γενοῦ εἰς χιλιάδας μυριάδων, καὶ κληρονομήσῃ τὸ σπέρμα σου τὰς πόλεις τῶν ὕψανατλων. Ὅρα πῶς καὶ οὕτω ἀγνοοῦν-

^b Αἱ αἰρέσεις in Basilicis sunt conditiones illas quae actis inseruntur. Vide in Basilicis Fabrotii indice ad vocem αἰρέσις. De his vero conditionibus hic loquitur Chrysostomus, qui eodem usu illam vocem adhibet infra Homilia 56, et saepe in commentariis in Psalmos tomo sequenti.

^c Cod. Vatic. τῶν Ὁ', τὴν ὁδόν μου ἐν ἐμοί. Cod. Alex. ἐν ἐμοί om.

^d Ὁ' habent καὶ ἐρωτήσωμεν τὸ στόμα αὐτῆς.

ager; nusquam domus, et supervacanea sumptuositas: sed oves et vituli, camelli et asinæ, servi et ancillæ. Et ut discas, servorum multitudo unde ei contigerit, addidit alio loco: Vernaculi omnes erant (Gen. 17. 23). Hic igitur, inquit, dominus meus, cui tantæ facultates sunt, et qui moltam superne gratiam invenit, quando jam senuit, ex Sarra filium suscepit, huncque habens unigenitum, ipsum heredem omnium suorum jam constituit: quippe *Omnia dedit illi quæcumque habuit*. Dein postquam narravit domini gloriam, et Isaacii partem, dicit insuper et mandata quæ acceperat ab hero suo, ut in Charran proficisceretur. 37. *Et adjuravit me, inquit, dominus meus, dicens: Non accipies uxorem filio meo Isaac de omnibus filiabus Chanaanorum, inter quos ego habito*: 38. *sed in domum patris mei vade, et ad cognationem meam, inde accipies uxorem filio meo*. Et ipse quidem hæc mihi mandavit, ego autem difficultatem negotii mecum perpendens, rogabam dominum meum (v. 39), si non voverit mulier venire mecum. 40. *Et dixit mihi: Dominus Deus cui complacui coram eo, ipse mittet angelum suum tecum, et prosperum faciet iter tuum, et accipies uxorem filio meo, ex cognatione mea, et ex domo patris mei*. Quod si non potuerit persuaderi mulier, ut locum huc proficiscatur, 41. *Tunc innocens eris a maledictione mea*. Igitur dominus quidem hæc mihi mandavit, et talium precum viatico me instructum huc misit: ego autem fretus illius precibus, ubi ad fontem veni, hæc verba loquutus sum, et dixi: 42. *Domine Deus domini mei Abraham, si tu prosperum facis iter quo nunc abeo*: 43. *Ecce ego sto apud fontem aquæ; filii autem hominum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Et erit virgo, cui ego dixerò: Porrigis mihi parum aquæ ex hydria tua*; 44. *si dixerit mihi, Et tu bibe, et camelos tuos aquabo: ipsa erit uxor quam præparasti servo tuo Isaac. Et in hoc sciam quod feceris misericordiam domino meo Abraham*. Hæc ego quidem, inquit, apud memetipsum Deum rogavi; nondum autem finem feceram illa dicendi, et confestim adimpleta sunt. 45. *Nam priusquam ego dicens finem facerem, ecce Rebecca exiit aquam ferens in humeris suis. Dicebam autem ei: Da mihi potum*. 46. *Et accelerans deposuit hydriam suam, et dixit mihi: Bibe et tu, et camelos tuos aquabo*. Et cum viderem jam evidentem fieri Dei providentiam, interrogabam ejus caset filia. Et ut didici ex iis quæ dixit, me non ad alienos venisse, sed in domum Nachor fratris domini mei, sumpta spe bona, 47. *Appendi ei in aures et aurillas, et cum hoc placeret*, 48. *adoravi Dominum, et benedixi Deum domini mei Abraham, quia prosperum mihi iter fecit¹, ut assumerem filiam fratris domini mei*. Verum hæc ita a Domino manifeste dispensata sunt; preces quippe domini mei tunc exitum habuerunt. Cæterum vos si vestrum officium impletis, 49. *Facite misericordiam et justitiam cum domino meo: sin minus, annuntiate mihi*. Jam mihi, inquit, significate, ut scire possim quid oporteat me facere. Quod si minus placet, et idipsum dicite, ut alio iter faciam, et *Me con-*

vertam vel ad dextram, vel ad sinistram. Postea quoniam Deus erat qui omnia propter preces patriarchæ secundabat, dicunt ei pater et frater virginis: 50. *A Domino exiit verbum hoc: non poterimus tibi contradicere vel malum vel bonum*. Ex narratione tua satis intelligimus, totum hoc divina dispensatione fieri. Ne igitur putes nos velle adversari iis quæ Deo proferuntur: illud enim facere non possumus. Ecce habes virginem; 51. *Tolle eam, et proficiscere, et erit uxor filio domini tui, sicut loquutus est Dominus*.

6. *Historiam Rebeccæ usque ad ipsius profectum prosequitur; narrations exprimens quidquid sive ædificandis sive erudiendis auditoribus inseruire potest. Sub finem homilia, ad Isaacum et Rebeccam amulandos hortatur, malos sui temporis nuptiarum ritus arguens.* — Vidistis quomodo studebant olim illis suis uxores ducere? quomodo magis animæ generositatem, quam opum abundantiam inquirebant? Nusquam instrumenta, nusquam pacta, et alla ridicula quæ nunc apud nos sunt, et conditiones illæ quæ tabulis inseruntur: Si absque liberis, inquit, moriatur, si hoc et hoc contingat: verum apud illos nihil tale, sed maximæ et securissimæ tabulæ erant virginis mores: nusquam cymbala et choreæ. Et hoc scies, quando ad sponsum virginem videris introduci. 52. *Ut enim auditit servus, inquit, hæc a patre et fratre, adoravit Deum super terram*. Vide quomodo in singulis quæ fiebant, universorum Domino gratias offert. Ipse enim erat qui antea præparabat omnia, et secundum patriarchæ verbum præmittebat angelum ante illum, qui omnia feliciter ordinabat. Denique quia certior factus de negotio feliciter perfecto, 53. *Prolata, inquit, vasa aurea, et argentea, et vestem dedit Rebeccæ*. Nunc cum fiducia eam sibi conciliat officis, quasi jam verbis desponsatam Isaac. Honorat autem donis et fratrem, et matrem, et cum vidit negotium et mandatum impletum, tunc tandem resci so passus est. 54. *Comederunt enim, inquit, et biberunt ipsæ et viri qui cum eo erant, et dormiverunt. Cumque mane surrexisset, dixit: Dimittite me, ut vadam ad dominum meum*. Quoniam omnia mihi tam feliciter successerunt, inquit, et nihil est quod restet, sed ad placitum vestrum res agitur, *Dimittite me, ut abeam ad dominum meum*. 55. *Dixerunt autem, inquit, fratres et mater: Maneat nobiscum virgo diebus quasi decem, et post hæc abibitis*. 56. *Ille autem dixit ad eos: Ne me detineatis; etenim Dominus prosperum fecit iter meum: dimittite me ut abeam ad dominum meum*. Quare, inquit, differitis et procrastinatis, cum Deus tantam facilitatem mihi in omnibus dederit? *Dimittite me, ut abeam ad dominum meum*. 57. *Illi autem dixerunt: Vocemus puellam, et interrogemus eam¹*. 58. *Et vocaverunt eam, dixeruntque ei: Ibis cum homine? Illa autem dixit, Ibo*. 59. *Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, et substantias ejus, et servum Abraham, et eos, qui cum eo erant*. 60. *Et benedixerunt Rebeccam, et dixerunt ei: Soror nostra es, fias in millia decem millium, et hereditate possideat semen tuum civitates inimicorum*. Vide quo-

¹ sic septuaginta Interj retes addunt, in via veritatis.

¹ septuaginta sic habent, interrogemus os ejus.

modo et illi ignorantes virgini quæ futura sunt præsignificant, Deo mentem eorum ad hoc dirigente et incitante. Utraque enim ei prædicta sunt, tum quod in millia myriadam futura esset, tum quod semen ejus hereditate possessurum esset civitates inimicorum. Vidisti per omnia evidentem Dei providentiam relucere, quomodo per infideles futura ut prædicantur, dispensat omnium Dominus? 61. *Cum surrexissent autem Rebecca et ancillæ ejus, ascenderunt super camelos. Vidisti qualem sponsam ducat patriarcha? Aquantem, et hydriam super humeros ferentem, et nunc iterum ascendentem super camelos. Nusquam mulæ argento fulgentibus cervicibus, neque famulorum turba, neque magna mollities, quæ nunc adhiberi solent: sed tantum erat præscarum mulierum robur, ut et in camelis ipsæ ascenderent, et sic iter facerent. Et profectæ sunt, inquit, cum homine. 63. Isaac autem egressus erat, ut se exerceret in agro ad crepusculum: et ibi elevatis oculis, vidit camelos venientes. Dum in campo versaretur, inquit, Isaac, vidit camelos. 64. Rebecca autem, ut vidit Isaac, desiliit a camelo, 65. et dixit servo: Quis est homo ille qui vadit in campo nobis obviam? Vide puellæ generositatem; postquam vidit Isaac, quærebat quis esset. Et ubi didicit quod ipse esset sponsus, velavit se theristro; et veniens servus omnia clare nuntiavit Isaac (v. 66). Illic considera, oro, quomodo nusquam superflua illa et inutilia, nusquam diabólica pompa, nusquam cymbala, et tibiz, et choreæ, et satanica illa convivia, et scommata omni obscenitate plena; sed omnis honestas, omnis sapientia, omnia modestia. 67. Intravit autem Isaac, inquit, in domum matris suæ, et accepit Rebeccam, et fuit ei uxor, et dilexit eam, et consolationem accepit Isaac super Sarra matre sua. Illic imitentur mulieres, hunc æmulentur viri: sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic, oro, statim ab initio sordibus impleri sinis puellæ aures tam turpibus cantilenis, tam imtempistica illa pompa? Nescis quomodo adolescentia per se sit in malum propensa? cur honesta nuptiarum mysteria publice dehonestas? cum oporteret hæc omnia depellere, et verecundiam principio docere puellam, et sacerdotes vocare, et precibus et benedictionibus concordiam conjugii constringere: ut amor sponsi augeatur, et puellæ continentia crescat, et omnia quæ fiunt eo spectant ut virtutis opera ingrediantur in domum illam, tollanturque e medio omnes diaboli insidiæ, et ipsi Dei auxilio uniti jucunde vitam perficiant: quo nobis omnibus frui detur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, potestas et honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

IIOMILIA XLIX.

Hæc autem sunt generationes, inquit, Isaac filii Abraham (Gen. 25. 19).

1. Iterum vos ad consuetam mensam ducere volo, et ex verbis Mosis convivium proponere, imo ex verbis sancti Spiritus. Neque enim a seipso Moses hæc nobis exposuit, sed Spiritu sancto afflatus. Videmus

igitur quid et hodie nos docere velit. Neque enim sine causa, neque in vanum vitas sanctorum nobis exponit: sed ut imitemur eorum virtutem, et imitatores simus honorum operum quæ illi fecerunt. Nam postquam nobis diligenter narravit ea quæ ad patriarcham Abraham attinent, et docuit postremum illius certamen in immolatione filii, narravitque hoc pulchrum sacrificium etsi non opere, voluntate tamen perfectum esse, finemque imposuit narrationibus illis: nunc exponit nobis quæ ad Isaac occisum et non occisum pertinent; factum enim ænigmati simile est. Audi enim Paulum dicentem: *Fide obtulit Isaac Abraham, cum tentaretur: et unigenitum obtulit, qui promissiones acceperat (Hebr. 11. 17).* Deinde ut discamus quomodo fide hæc omnia faceret, et contraria videns promissioni ea quæ jubebatur facere, non tamen perturbaretur, subjicit: *Unde illum et in parabolam accepit (Ibid. v. 19).* Quid est, *Et in parabolam accepit?* Nam postquam cum in sacrificium obtulit, et mentem perfectam declaravit, ipse corona redimitus est, et accepto puero rediit, ac sacrificium per ovem impletum est: ostenditque per omnia universi Conditor suæ benignitatis excellentiam: et se hoc imperando non occidi Isaac, sed justis exercere obedientiam voluisse. Cæterum sicut vidimus patriarchæ virtutem in omnibus relucens: age, et quæ de Isaac dicta sunt hodie in medium afferentes, videamus quomodo et ipsæ piæ et religiosæ mentem in omnibus prætulit. Operæ autem pretium est, ut ipsa Scripturæ verba audiamus. 19. *Hæc autem sunt, inquit, generationes Isaac filii Abraham. Abraham genuit Isaac (Cap. 25).* 20. *Isaac autem erat annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelia Syri ex Mesopotamia, sororem Laban Syri, sibi in uxorem.*

*Exemplo Isaaci potes esse precandum cum perseverantia. Non sunt curiose inquirenda Dei opera. — Considera, obsecro, dilecte, divinæ Scripturæ diligentiam, quomodo nihil supervacue ponat. Cur enim nobis ætatem Isaac significat, et dicit, *Erat autem Isaac quadraginta annorum quando accepit Rebeccam?* Non absque causa, neque temere: sed quia nobis postea Rebecæ sterilitatem narraturus erat, et ex precatione justæ procreationem prolis illi concessam fuisse, docere nos cupit magnitudinem patientiæ Isaac, et clare indicare quanto tempore liberis caruerit: ut et nos æmulantes justum, assidui sinus in divinis precibus, si quando aliquid a Deo petierimus. Si enim justus ille, ita virtute præditus, et tanta Dei benevolentia fruens, tantam præ se tulit constantiam et tantum studium, continuo Deum orando, ita ut solveretur Rebecæ sterilitas: quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur, et neque minimam virtutis justæ partem ostendimus: sed et si parvo tempore studium aliquod et diligentiam exhibuerimus, torpescimus et resiliimus, nisi statim exaudiamur? Propterea oro, ut ex iis quæ justo illi evenerunt eruditi, numquam cessemus orare Deum, ut ignoscat nobis peccata, sed fervens et æstuans desiderium ostendamus: et non ægre feramus, neque sequiores simus,*

τες σημαίνουνσι τῇ κόρῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, τοῦ Θεοῦ τὴν διάνοιαν αὐτῶν πρὸς τοῦτο κατευδῶσαντος. Ἀμφότερα γὰρ αὐτῇ προμηνύουσιν, ὅτι καὶ εἰς χιλιάδας μυριάδων ἔσται, καὶ εἰς κληρονομήσει τὸ σπέρμα αὐτῆς τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων. Εἶδες διὰ πάντων δεικνυμένην ἑναργίαν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, πῶς καὶ διὰ τῶν ἀπίστων προμηνύεσθαι τὰ μέλλοντα οἰκονομεῖ ὁ τῶν ἀπάντων Δεσπότης; Καὶ ἀναστᾶσα, φησί, Ῥεβέκκα καὶ αἱ ἄθραι αὐτῆς, ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς καμήλους. Εἶδες ὅταν ἀγεται νόμφη ὁ πατριάρχης; Ὑδρευομένην, καὶ τὴν ὕδραν ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσαν, καὶ νῦν πάλιν ἐπιβάσαν ἐπὶ τὰς καμήλους. Οὐδαμοῦ ἡμίνοι ἀργύρω περιλαμπόμεναι τοὺς τραχήλους, οὐδὲ οἰκετῶν ἰσμός, οὐδὲ ἡ πολλὴ βλακεία ἢ νῦν γινομένη· ἀλλὰ τοσαύτη ἦν τῶν παλαιῶν γυναικῶν ἢ ἀνδρείαι, ὡς καὶ ἐπὶ τὰς καμήλους αὐτὰς ἐπιβαίνειν, καὶ οὕτως ὁδοιπορεῖν. Καὶ ἐπορεύθησαν, φησί, μετὰ τοῦ ἀνθρώπου. Ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἐξῆι ἀδολεσχήσει εἰς τὸ πεδίον τὸ πρὸς δεξιῆς, καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε τὰς καμήλους φερούσας. Εἰς τὸ πεδίον, φησὶν, ὁ Ἰσαὰκ διατρίβων ἰδεάσατο τὰς καμήλους. Ἡ δὲ Ῥεβέκκα ἰδοῦσα τὸν Ἰσαὰκ, κατεπήδησεν ἀπὸ τῆς καμήλου, καὶ εἶπε τῷ παιδί· Τίς ἐστίν ὁ ἀνθρώπος ἐκεῖνος ὁ πορευόμενος ἐν τῷ πεδίῳ εἰς συνάντησιν ἡμῶν; Ὡρα τῆς κόρης τὴν εὐγένειαν· ἐπειδὴ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ, ἐπυθάνετο τίς εἴη. Καὶ μαθοῦσα ὅτι αὐτὸς ἐστὶν ὁ μέλλων αὐτὴν ἀγεσθαι, περιεβάλλετο, φησὶ, τὸ θέριστρον, καὶ παραγενόμενος ὁ παῖς διηγήσατο πάντα μετὰ ἀκριβείας τῷ Ἰσαὰκ. Ἐνταῦθα σκόπει μοι, ἀγαπητέ, πῶς οὐδαμοῦ τὰ περιττά ταῦτα καὶ ἀνόνητα, οὐδαμοῦ πομπὴ διαβολικῆ, οὐδαμοῦ κύμβαλα καὶ αὐλοὶ καὶ χοροὶ, καὶ τὰ σατανικὰ ἐκεῖνα συμπόσια, καὶ αἱ λοιδορίαι αἱ πάσης ἀσχημοσύνης γέμουσαι, ἀλλὰ πᾶσα σεμνότης, πᾶσα σοφία, πᾶσα ἐπιεικεία. Εἰσηλθε δὲ, φησὶν, Ἰσαὰκ εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν, καὶ ἐγένετο αὐτῷ γυνή, καὶ ἠγάπησεν αὐτήν, καὶ παρεκλήθη Ἰσαὰκ περὶ Σάρρας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ταύτην μιμίσθωσαν αἱ γυναῖκες· τοῦτον ζηλοῦτωςαν οἱ ἄνδρες· οὕτω τὰς νύμφας ἀγαγίσθαι σπουδαζέτωσαν. Τίνας γὰρ ἔνεκεν, εἰπέ μοι, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ προοιμίων κηλίδων κληρώσας συγχωρεῖς τῆς κόρης τὰς ἀκοὰς διὰ τῶν αἰσχροῦν ἡσμάτων, διὰ τῆς ἀκαίρου πομπῆς ἐκείνης; Οὐκ οἶσθα ὅπως ἡ νεότης εὐκόλος πρὸς δόλοισιν; εἰ τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου ἐκπομπεύεις μυστήρια; δέον ἅπαντα ταῦτα ἀπελαύνειν, καὶ τὴν αἰδῶ ἐκ προοιμίων ἐκπαιδεύειν τὴν κόρην, καὶ ἰσρέας [491] καλεῖν καὶ δι' εὐχῶν καὶ εὐλογιῶν τὴν ὁμόνοιαν τοῦ συνοικεσίου συσφίγγειν, ἵνα καὶ ὁ πόθος τοῦ νυμφίου ἀδξῆται, καὶ τῆς κόρης ἡ σωφροσύνη ἐπιτείνηται· καὶ διὰ πάντων τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα εἰσελεύσεται εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην, καὶ πᾶσαι τοῦ διαβόλου αἱ μηχαναὶ ἐκποδῶν ἔσονται, καὶ αὐτοὶ μεθ' ἡδονῆς τὸν βίον διάξουσιν^β, ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς συγκροτούμενοι· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΘ.

Αὐταὶ δὲ αἱ γενέσεις, φησὶν, Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ.

α'. Πάλιν ὁμᾶς ἐπὶ τὴν συνήθη τράπεζαν ἀναγαγεῖν βούλομαι, καὶ ἐκ τῶν παρὰ τοῦ Μωϋσέως ῥημάτων τὴν ἱστορίαν ὁμῖν παραθεῖναι, μᾶλλον δὲ τῶν τοῦ Πνεύ-

^α LXX ἡμῖν, εἰ infra περιεβάλλετο.

^β Δεξιῶσιν. Sic recte Savil. Colsi. διάξουσιν. Morel. et Meul. λέξουσιν. Epp.

ματος. Οὐδὲ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ Μωϋσῆς ταῦτα ἡμῖν ἐξέθετο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνηχοῦμενος. Ἰδωμεν οὖν τί καὶ σήμερον ἡμᾶς διδάξει βούλεται. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς οὐδὲ εἰκῆ τοὺς βίους ἡμῖν τῶν δικαίων ἐκτίθεται, ἀλλ' ἵνα ζηλώσωμεν τούτων τὴν ἀρετὴν, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα τῶν ἐκεῖνοις κατωρθωμένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην ἀκριβῶς διηγησάμενος, καὶ τὸν τελευταῖον αὐτοῦ ἄθλον τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ μονογενοῦς σφαγῇ, διδάξας ἡμᾶς πῶς ἂν τῷ Θεῷ αὐτὸν καλλιέρημα, εἰ καὶ μὴ αὐτῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ εἰργάσατο, τέλος ἐπέβηκεν ἐκεῖνοις τοῖς διηγήμασι· νῦν ἡμῖν ἐκτίθεται τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ τὸν σφαγέντα καὶ μὴ σφαγέντα· αἰνίγματι γὰρ εἶπκε τὸ γεγονός. Ἄκουσον γὰρ Παύλου λέγοντος· Πίστει προσεγήνοχε τὸν Ἰσαὰκ Ἀβραάμ πειραζόμενος· καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὡς τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. Εἶτα ἵνα μάθωμεν ἀκριβῶς, πῶς πίστευε ταῦτα πάντα διεπράττετο, καὶ ἐναντία τῇ ὑποσχέσει ὀρῶν τὰ ὀπ' αὐτοῦ γίνεσθαι κηλεύόμενα, οὐκ ἔπαρτετο, φησὶν· Ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. Τί ἐστίν, Ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο; Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν εἰς θυσίαν ἀνήνεγκε, καὶ ἀπρητισμένην τὴν γνώμην ἐπέδειξατο, αὐτὸς γε τὸν στέφανον ἀνεδίσατο, καὶ τὸν παῖδα λαβὼν ἐπανάηκε, καὶ ἡ θυσία διὰ προβάτου ἐπληροῦτο, καὶ εἰδείκνυε διὰ πάντων ὁ τῶν ὄλων θεὸς τῆς οἰκείας φιλανθρωπίας τὴν ὑπερβολὴν, καὶ ὅτι οὐ σφαγῆναι τὸν Ἰσαὰκ βουλόμενος τοῦτο ἐπέταττεν, ἀλλὰ τοῦ δικαίου γυμνάζων τὴν ὑπακοήν. Ἄλλ' ὡς περ εἶδομεν τοῦ πατριάρχου τὴν ἀρετὴν διὰ πάντων λάμπουσαν, φέρε καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ σήμερον εἰς μέσον προθένας, ἰδωμεν ὅπως καὶ αὐτὸς τὸ φιλόθεον αὐτοῦ τῆς γνώμης διὰ πάντων ἐπιδείκνυται. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν τῆς Γραφῆς ῥημάτων. Αὐταὶ δὲ αἱ γενέσεις, φησὶν, Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραάμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ. Ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν τσσσαράκοιτα, ὅτε ἔλαβε Ῥεβέκκαν θυγατέρα Βαθουῆλ τοῦ Σύρου ἐκ τῆς Μεσοποταμίας. [492] ἀδελφὴν δὲ Λάβαν τὸν Σύρου, ἐαυτῷ εἰς γυναῖκα.

Σκόπει μοι, ἀγαπητέ, τῆς θείας Γραφῆς τὴν ἀκριβείαν, ὅπως οὐδὲν παρέργωγς εἴθῃσι. Τίνας γὰρ ἔνεκεν ἡμῖν τὸν χρόνον τοῦ Ἰσαὰκ ἐπιστημαίνεται, καὶ φησὶν, Ἦν δὲ Ἰσαὰκ ἐτῶν τσσσαράκοιτα, ὅτε ἔλαβε τὴν Ῥεβέκκαν; Οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ· ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλει μετὰ ταῦτα τῆς Ῥεβέκκας ἡμῖν διηγεῖσθαι τὴν στείρωσιν, καὶ ὅτι ἐξ εὐχῆς τοῦ δικαίου τὰ τῆς παιδοποιίας αὐτῇ γέγονε, βούλεται διδάξει ἡμᾶς τὸ μέγεθος τῆς ὑπομονῆς τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ σημάδι τὸν χρόνον ἀκριβῶς, ὅσον ἐν ἀπαιδίᾳ γέγονεν ἵνα καὶ ἡμεῖς ζηλοῦντες τὸν δίκαιον, οὕτω προσεδρεύωμεν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἰκεταῖαις, ἐπειδὴν αἰτώμεν τι παρ' αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος οὕτος ἐνάρετος ὢν, καὶ τοσαύτης εὐνοίας ἀπολαθῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοσαύτην ἐπιδείκνυτο σπουδὴν καὶ εὐτονίαν, τὸν Θεὸν διηνεκῶς παρακαλῶν, ὥστε λύσαι τῆς Ῥεβέκκας τὴν στείρωσιν, τί ἂν εἰποιμεν ἡμεῖς οἱ τοσαῦτα φορτία ἁμαρτημάτων ἔχοντες ἐπιταίμενα, καὶ μηδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ δικαίου τούτου μέρος ἐπιδεικνύμενοι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὀλίγον σπουδὴν τινα ἐπιδειξόμεθα, ναρκῶντες καὶ ἀποθηθῶντες, εἰ μὴ θάπτον εἰσακουσθήμεν; Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, ἐκ τῶν τῷ δικαίῳ τούτῳ συμβάντων παιδευόμενοι, μηδέποτε παυώμεθα τὸν Θεὸν παρακαλοῦντες ὑπὲρ τῆς συγχωρησεως τῶν οἰκείων κλημμελημάτων, ἀλλὰ θερμῆν καὶ ζέουσαν προθυμίαν ἐπιδεικνύμεθα. καὶ μὴ ἀσφάλλωμεν, μηδὲ ὀκνηρότεροι γινώμεθα, εἰ μὴ ὁ Θεὸς εἰσακουσθήμεν. Ἰσως γὰρ, ἴσως σοφίζομενο; ἡμῶν τὴν διηνεκῆ προ-

ἄβριαν ὁ Δεσπότης, διαναβάλλεται, βουλόμενος καὶ τῆς ὑπομονῆς ἡμᾶς κομίσασθαι τὸν μισθόν, καὶ τὸν καιρὸν εἰδῶς, καθ' ὃν λυσिताλὲς ἐστὶν ἡμῖν τῶν σπουδαζομένων ἐπιτυχεῖν. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡμεῖς ἴσμεν τὸ συμφέρον ἑαυτοῖς, ὡς αὐτὸς ἀκριβῶς ἐπίσταται, ὁ τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας ἐκάστου ἐπιστάμενος. Δι' ὃ προσήκει μηδὲν περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγματεῖν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ γινομένων, ἀλλὰ πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ θαυμάζειν τῶν δικαίων τὰς ἀρετάς. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἡμῖν ἡ θεία Γραφή, ὅταν ἐτῶν ἦν Ἰσαάκ, λέγει καὶ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στείρα ἦν. Θεία μοι τοῦ δικαίου τὸ φιλόδοξον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε χυλεύουσαν τὴν φύσιν, ἐπὶ τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν Ἰδραμε, καὶ τὰ θεσπὰ τῆς φύσεως διὰ τῆς εὐχῆς λύειν ἠπαίγειτο. Ἐδέετο γάρ, φησὶν, Ἰσαάκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ὅτι στείρα ἦν. Ἐν τούτῳ πρῶτον ἀξιὸν ζητῆσαι, τίνας ἔνεκεν, βίου οὕσα θαυμαστοῦ καὶ αὐτῆ, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ πολλῆς τῆς σωφροσύνης ἀμφοτέροι ἐπιμελούμενοι, στείρα ἦν; Οὐκ ἔχομεν ἐπιλαθεῖσθαι αὐτῶν τῆς ζωῆς, καὶ εἰπεῖν, ὅτι τῶν ἁμαρτιῶν ἦν ἔργον ἡ στείρωσις*. Καὶ ἵνα μάθῃς τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ αὐτὴ μόνον στείρα ἦν, ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ τοῦ δικαίου ἡ Σάρρα· καὶ οὐχ ἡ μήτηρ δὲ αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ σύμφη, τοῦ Ἰακώβ ἡ γυνή, ἡ Ῥαχὴλ λέγω. Τί βούλεται τῶν στειρῶν τούτων ὁ χορὸς; Πάντες δίκαιοι, πάντες ἐνδρετοί, πάντες ὑπὸ Θεοῦ μαρτυρούμενοι. Περὶ γὰρ αὐτῶν [495] ἔλεγεν Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλός φησι· Δι' ὃ οὐκ ἐκαισχύνεται ὁ Θεός, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν. Πολλὰ αὐτῶν τὰ ἐγκώμια ἐν τῇ Καινῇ, πολλοὶ οἱ ἔπαινοι ἐν τῇ Παλαιᾷ. Πανταχόθεν λαμπροὶ καὶ ἐπίσημοι, καὶ πάντες στείρας ἔσχον γυναῖκας, καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ ἦσαν μέχρι πολλοῦ τοῦ χρόνου.

β'. Ὅταν οὖν ἴδῃς ἀνδρα καὶ γυναῖκα ἐν ἀρετῇ ζῶντας, καὶ ἐν ἀπαιδίᾳ τυγχάνοντας· ἐταν ἴδῃς θεοσεβεῖς ὄντας, καὶ εὐλαβεῖς ἐπιμελουμένους, ἀπαιδας, μὴ νομίσης ἁμαρτιῶν εἶναι ἔργα. Πολλοὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ τῆς οἰκονομίας οἱ λόγοι καὶ ἡμῖν ἀπόρρητοι, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχαριστεῖν δεῖ, καὶ μόνους ἐκείνους ταλανίζειν τοῦς; ἐν κακίᾳ ζῶντας, οὐ τοῦς παιδιά μὴ κακτημένους. Πολλὰ γὰρ πολλὰκις ὁ Θεὸς συμφερόντως οἰκονομεῖ, ἡμεῖς δὲ τὴν αἰτίαν τῶν γεγεννημένων οὐκ ἴσμεν. Διὰ τοῦτο πανταχοῦ θαυμάζειν αὐτοῦ τὴν σοφίαν χρῆ, καὶ δοξάζειν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν τὴν ἀφατον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸς ὀφέλειαν ἡμῖν εἰρηται τὴν ὑμετέραν, ὥστε πολλὴν τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι τοῦ Θεοῦ τὰς οἰκονομίας· δεῖ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἦσαν ἐκεῖναι στείραι αἱ γυναῖκες. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ αἰτία; Ἰνα, ἐταν ἴδῃς τὴν Παρθένον τίκτουςαν τὸν κοινὸν ἡμῶν Δεσπότην, μὴ ἀπιστήσης. Γύμνασόν σου ἐνταῦθα τὴν διάνοιαν, φησὶν, ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν στειρῶν, ἵν' ὅταν ἴδῃς πετηρωμένην καὶ δεδεμένην μήτραν πρὸς παιδοποιίαν ἀνοιγομένην ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, μὴ θαυμάσης ἀκούων ὅτι παρθένος ἔτεκε. Μᾶλλον δὲ θαύμασον καὶ ἐκπλάγηθι, ἀλλὰ μὴ ἀπιστήσης τῷ θαύματι. Ὅταν οὖν λέγῃ πρὸς σὲ ὁ Ἰουδαῖος, Πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος; εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, Πῶς ἔτεκεν ἡ στείρα καὶ γεγηρακία; Δύο γὰρ κωλύματα τότε ἦν, τὸ τε

ἄβριον τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ ἀχρηστον τῆς φύσεως· ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου ἐν κώλυμα ἦν, τὸ μὴ μεταστῆναι αὐτὴν γάμου. Προδοσομαί τοίνυν τῇ παρθένῳ ἡ στείρα. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τοῦτο στείραι προέλαβον, ἵνα πιστευθῇ τῆς παρθένου ὁ τόκος, ἀκουσον ἀπὸ τῶν ρημάτων τοῦ Γαβριὴλ τῶν πρὸς τὴν παρθένον εἰρημίων. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθε καὶ εἶπεν αὐτῇ, Συλλήψθη ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμασε, καὶ εἶπε· Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἀνδρα οὐ γινώσκω; Τί οὖν ὁ ἄγγελος; Πνεῦμα ἅγιον ἐπελευσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Μὴ ζήτησ, φησὶ, φύσεως ἀκολουθίαν, ἐταν ὑπὲρ φύσιν ἢ τὰ γινόμενα· μὴ περιθλάπου γάμων ὠδύνας, ἐταν μείζων γάμου τῆς γεννήσεως ὁ τρόπος ἦ. Καὶ πῶς ἔσται τοῦτο, φησὶν, ἐπεὶ ἀνδρα οὐ γινώσκεις; Καὶ μὴν διὰ τοῦτο ἔσται, ἐπειδὴ ἀνδρα οὐ γινώσκεις. Εἰ γὰρ ἐγίνωσκας ἀνδρα, οὐκ ἂν κατηξιώθης ὑπηρετήσασθαι τῇ διακονίᾳ ταύτῃ. Ὅστε δι' ὃ ἀπιστεῖς, δι' αὐτὸ πίστευε. Οὐκ ἐπειδὴ κακὸν ὁ γάμος, ἀλλ' ἐπειδὴ κρείττων ἡ παρθενία· τὴν δὲ τοῦ κοινου πάντων Δεσπότου [496] εἰσοδοῦν σεμνοτέραν ἐχρῆν εἶναι τῆς ἡμετέρας· βασιλικὴ γὰρ ἦν ἡ εἰσοδος. Ἐδεῖ κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς γεννήσεως, καὶ ἐξηλλάχθαι τῆς ἡμετέρας. Καὶ ἀμφοτέρα ταῦτα γέγονε, καὶ ὅπως ἄκουε. Τὸ μὲν ἀπὸ μήτρας γενέσθαι, κοινὸν πρὸς ἡμᾶς· τὸ δὲ χωρὶς γάμων γενέσθαι, μείζων ἢ καθ' ἡμᾶς. Καὶ τὸ μὲν ἐν γαστρὶ σχεῖν σε, τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπείας· τὸ δὲ χωρὶς μίξεω; γενέσθαι τὴν κύσιν, σεμνοτέρον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ἵνα καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς ἐμάς. Καὶ σκόπει τὴν σοφίαν τῶν γινομένων. Οὕτε ἡ ὑπεροχὴ τὴν ὁμοίωσιν καὶ συγγένειαν ἐλυμήνατο, οὕτε ἡ πρὸς ἡμᾶς συγγένεια τὴν ὑπεροχὴν ἡμαυρώσει, ἀλλ' ἐκάτερα ἐδείκνυτο διὰ τῶν πραγμάτων· καὶ τὰ μὲν ὀλόκληρα εἶχεν ἡμετέρα, τὰ δὲ ἐνηλλαγμένα πρὸς ἡμᾶς. Ἄλλ', ἔπερ ἔλεγον, διὰ τοῦτο αἱ στείραι αὐταί, ἵνα πιστευθῇ τῆς Παρθένου ὁ τόκος, ἵνα αὐτῇ χειραγωγηθῇ πρὸς τὴν πίστιν τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς ὑποσχέσεως. Ἀκουσον γὰρ τί φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὴν. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελευσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Οὕτω, φησὶν, ἔχεις τεκεῖν, καὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος τὸ πᾶν ἔσται. Μὴ τοίνυν βλέπῃ πρὸς τὴν γῆν· ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἡ ἐνέργεια ἐρχεται. Τοῦ Πνεύματος ἔστι χάρις τὸ γινόμενον· μὴ ζήτηε φύσεως ἀκολουθίαν, μὴ κατὰ νόμους καὶ γάμον. Ἄλλ' ἐπειδὴ μείζονα ταῦτα ἦν ἐκείνης τὰ ρήματα, βούλεται καὶ ἐτέραν ὁ αὐτῆ παρασχέιν ἀπόδειξιν.

γ. Σὺ δὲ μοι σκόπει, ἀγαπητὴ, πῶς ἡ στείρα αὐτὴν χειραγωγεῖ πρὸς τὴν πίστιν τοῦ τόκου. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ προτέρα ἀπόδειξις μείζων ἦν τῆς διανοίας τῆς παρθένου, ἀκουσον πῶς καὶ ἐπὶ τὰ ταπεινότερα κατήγαγε τὸν λόγον, διὰ τῶν αἰσθητῶν αὐτὴν χειραγωγῶν. Καὶ ἰδοῦ, φησὶν, Ἐλισσάβετ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτῇ συνειληφνῶς υἱόν ἐν γήτρῃ αὐτῆς· καὶ οὕτως μὴν ἔκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ. Διὰ τὴν

* Savil. et unus codex, ἀμφοτέροι ἐπιμελοῦντο, καὶ οὐκ ἔχομεν... ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἦν ἔργον· εἶχε ταύτην ἡ στείρωσις.

ᾠ Morel. et Montf. τὴν ἐτέραν, mines recte. Correctum e Savilio. Forr.

si non statim audiamur. Fortassis enim Dominus continuam nostram sedulitatem sapienter exercens ita procrastinat, ut mercedem quoque patientiæ recipiamus : et quia ipse tempus scit quando nobis utile est assequi quod quærimus. Neque enim nos ita scimus quid nobis utile, ut ipse evidenter novit, qui etiam abscondita mentis nostræ cognoscit. Proinde par est, ut nihil curiosius quæramus, neque scrutemur ea quæ a Deo providentur : sed grati admodum simus, et admiremur justorum virtutes. Nam postquam dixit nobis divina Scriptura, quot annorum fuerit Isaac, dicit et de Rebecca uxore ejus, quod sterilis erat. Vide, obsecro, justi religiosam mentem. Quoniam enim vidit naturam claudicantem, ad naturæ Conditorum confugit, et vincula naturæ precibus solvere festinavit. 21. *Deprecatus enim est, inquit, Isaac super Rebecca uxore sua, quia sterilis erat.* Unum hoc in primis operæ pretium ut quæramus, quare, cum et ipsa, et vir ejus vitæ fuerint eximie, et ambo continentia studiosi, sterilis fuit? Non possumus carpere eorum vitam, et dicere sterilitatem illam peccatorum causa immissam¹. Et ut discas rem miram, non solum ipsa sterilis fuit, sed et mater justi Sarra : neque mater ejus sola, sed et uxor, Rachel uxor Jacobi. Quid sibi vult ille steriliū chorus? Omnes justi, omnes virtute præditi, omnes a Deo testimonium habentes. Nam de ipsis dicebat : *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob (Exod. 3. 6).* Beatus autem Paulus ait : *Ideo non confunditur Deus, ut vocetur eorum Deus (Hebr. 11. 16).* Multæ ipsorum laudes in Novo, multæ in Veteri. Undique clari et nobiles, et omnes steriles habuerunt uxores, multoque tempore caruerunt liberis.

2. *Propter causas arcanas fecunditatem etiam justis negat Deus; fecunditas steriliū partum virginis probat.* — Quando igitur videris virum et mulierem virtuti deditos, carere prole, quando videris pios et religionis studiosos non habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multæ enim divinæ dispensationis rationes nobis sunt arcanae, et pro omnibus gratias agere oportet, ac solos illos miseros dicere, qui in peccato vivunt, non eos quibus filii desunt. Quippe sæpenumero multa Deus utiliter dispensat, quorum nos causam nescimus. Eapropter in omnibus sapientiam ejus admirari oportet, ac glorificare ineffabilem misericordiam. Sed hæc quidem ad utilitatem vestram dicta sunt, ideo ut admodum gratam voluntatem exhibeatis, neque de dispensatione divina curiose sciscitemini : causam tamen dicamus propter quam mulieres illæ steriles fuerunt. Quænam igitur est causa? Ut cum videris virginem nostrum commune Dominum patientem, ne sis incredulus. Exerco enim hic tuos sensus, inquit, in vulva steriliū, ut, cum didiceris ligatam et enortuam vulvam divina virtute ad procreationem aperiri, inde copiosis argumentis acceptis,

non admireris audiens virginem peperisse : imo admirare et obstupesce, sed ne sis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit Judæus, Quomodo peperit virgo? dic ei : Quomodo peperit sterilis et vetula? Duo impedimenta tunc erant, et ætas intempestiva, et natura vitata : in virgine autem unum impedimentum fuit, quod non esset particeps concubitus. Sterilis igitur jam viam parat virgini. Et ut scias propter hoc steriles prius fuisse, ad credatur virginitalis partus : audi verba Gabrielis ad Virginem dicta. Postquam epim venit et dixit, *Concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum (Luc. 1. 31)* : obstupescit et admirata, dixitque : *Quomodo erit mihi istud, quia virum non cognosco (Ib. v. 34)*? Quid igitur angelus? *Spiritus sanctus superveniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Ibid. v. 35).* Ne quæras, inquit, naturæ modum et ordinem, quando super naturam sunt quæ fiunt; ne spectes conjugii dolores, quando major quam in nuptiis natalium modus erit. *Et quomodo fiet istud, inquit, quoniam virum non cognosco? Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscis. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna ut huic ministerio servires. Itaque ea de causa, qua dubitas, ea ipsa de causa crede. Non quia malum nuptiæ, sed quia mellior virginitas; hunc autem ingressum nostri omnium Domini digniorem esse oportet, quam nostrum : Regius enim fuit introitus. Oportebat et communem cum nostro ejus esse ortum, et diversum a nostro, et utrumque evenit. Et quomodo audi. Nam de utero prodire, hoc commune nobiscum est : absque nuptiali autem congressu nasci, supra nostram est originem. Uterum gestare te, id naturæ est humanæ; sine congressu uterum gestare, id natura humana sublimius : ut et præstantiam et communionem quam tecum habet ediscas. Considera autem quanta sapientia hæc facta sint, neque eminentia obfuit similitudini et affinitati ejus nobiscum, neque nostra affinitas et similitudo ejus obscuravit excellentiam; sed operibus utrumque ostensum est : aliaque perfecte nobis similia habuit, alia a nobis diversa. Verum, ut dixi, propter hoc steriles fuerunt istæ, ut crederetur virginitalis partus, ut ipsa induceretur ad fidem promissionis. Audi enim quid dicit angelus Dei : *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Ibidem).* Sic, inquit, poteris parere. Totum operatione Spiritus erit. Ne igitur spectes in terram, e cælis operatio venit. Spiritus gratiæ est quod sit, ne quæras naturæ modum, ne secundum nuptiarum leges intelligas. Verum quoniam majora sunt verba hæc, quam ut illa caperet, vult et aliam ei præbere demonstrationem.*

3. Tu autem, dilecte, attende quomodo sterilis istam manudecat ad fidem partus. Quoniam prior demonstratio major erat cogitatione virginis, audi quomodo et humiliorem sermonem afferat, per sensibilia ipsam manuducens. *Et ecce, inquit, Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua : et hic mensis sextus est ei quæ vocatur sterilis (Luc. 1. 36).* Vide : ut sterilis propter virginem in medium sit adducta?

¹ Savil. et unus codex sic efferunt hunc locum : *Unum hoc... quare, cum et ipsa et vir ejus vitæ fuerint eximie, et ambo continentia studiosi, et cum non possimus carpere eorum vitam, nec eorum peccatis sterilitatem tribuere, quare tamen illa fuerit sterilis?* Hunc vero locum, ut videtur, ex hac homilia excerptum habes Tomo III, in homilia De novis evulgatis fratrum peccatis.

Alioquin cujus rei gratia retulisset partum cognate, cujus item gratia dixisset, *Quæ vocatur sterilis?* Plane per omnia deducebat eam ad credendum annuntiationi: propterea et tempus dixit, et naturæ sterilitatem: propterea et tempus distulit conceptionis. Non enim statim a principio ei annuntiatum est, sed præterito tempore semestri, ut uteri sarcina conceptionem doceret. Et vide quanta Gabriel utilis solertia. Non enim in memoriam ei reducit vel Sarram, vel Rebeccam, vel Rachelem. Quare et quam ob causam? Nam hæc quoque fuerunt steriles, et vetulæ, et magnum miraculum in illis fuit: sed quia omnes hæc narrationes antiquæ erant, adducit eam ad id quod nuper contigerat, ut mentem ejus ad credendum provocaret.

Viginti annis perseverat orans Isaac. — Sed necessarium est ut ad institutum sermonem redeamus, et significemus justi virtutem, et quomodo precibus sterilitatem Rebeccæ solverit, et vincula naturæ superaverit. 21. *Deprecabatur autem, dicit, pro Rebecca uxore sua, quoniam sterilis erat, et exaudivit eum Deus.* Non quia mox ita subdit et scriptum est, putes eum e vestigio et protinus assequutum esse quod optabat et quærebat. Nam viginti annis perseveravit orans et deprecans Deum, et tunc tandem assequutus est quod desiderabat. Et unde sciemus hoc? Si diligenter percurramus quæ in divina Scriptura continentur. Non enim tempus nobis absconditum est, sed signavit quidem, latenter tamen, ita ut provocet desiderium nostrum, et ad dignam inquisitionem incitet. Nam sicut docuit nos annorum numerum quem habuit¹ quando Rebeccam duxit, ita et hoc nobis palam fecit. *Erat enim, inquit, Isaac annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri.* Didicisti diligenter tempus. Deinde postquam dixit: *Deprecatus est Isaac pro uxore sua, quia sterilis erat,* ut discamus annorum numerum, assignavit nobis quot annorum fuerit Isaac quando nati sunt ei filii de Rebecca. 26. *Erat enim Isaac, inquit, annorum sexaginta, quando peperit Rebecca.* Si igitur quadraginta annorum erat quando illam duxit, sexaginta autem quando peperit uxor, manifestum est eum annis viginti perseverasse orantem Deum, et uterum Rebeccæ inutilem generationi, idoneum fecisse (a). Vidistis orationis vim, quomodo et naturam ipsam superet? Hunc omnes imitemur, et ita in precibus simus assidui, animoque sobrii et humiles: audiamusque Paulum admonentem et dicentem: *Levantes sanctas manus absque ira et disceptationibus* (1. Tim. 2.8): et studeamus semper liberari a perturbatione, ut mens sit in tranquillo, maxime autem precum tempore, quando multa nobis opus est a Deo benignitate. Nam si nos viderit precari secundum leges ab se positas, statim nobis donorum suorum largitatem liberaliter concedet: quod nobis assequi liceat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri sit gloria, honor, imperium, simul et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Cotel. omittit, quem habuit.

(a) Hæc desinit locus ille hinc, ut putatur, a Chrysostomo excerptus in Homilia de non evulgandis fratrum peccatis.

IIOMILIA I.

Concepit autem Rebecca, et colludebant parvuli in illa (Gen. 25. 21. 22).

1. Vultis etiam hodie apponamus caritati vestræ ea quæ in lectione hesternæ relicta sunt? Ad finem enim perducere totum argumentum nequivimus; sed ostendimus per assiduas preces Isaac potuisse Rebeccæ vulvam filiorum generationi reddere idoneam, naturamque ipsam inutilem factam, ut ita dicam, reparare: hæc omnia heri satis vos docuimus, monstrantes annorum numerum, quibus, ut hoc impetraret beatus ille, orans et deprecans permanit: et in sermonem de sterilibus egressi, dicta vobis causa propter quam justorum illorum uxores steriles fuerunt, sermonem missum fecimus. Operæ pretium autem est nos hodie discere Rebeccæ religiosam mentem, ut non solum nobis a virtute justii lucrum accedat, sed etiam ex historia quæ Rebeccam respicit, ad emulationem provocare possimus auditores. Postquam enim Deus exaudivit orationem justii, 21. *Et uterum gessit Rebecca, 22. colludebant,* inquit, *parvuli in ea,* et magno eam dolore affliciebant. *Dixit enim, inquit, Si sic mihi futurum sit, cur mihi hoc?* Neque enim unus erat nasciturus, sed duos simul in utero pueros gestabat, et ex angustia multum cruciatum sentiebat. Sed hic vidē, obsecro, mulieris pietatem et religionem. Non enim sicut mulieres multæ, quæ negligenter vivunt, hodie facere consueverunt, ad humanum confugit subsidium, non ad eos qui talia suis conjecturis, suæque rationis observationibus judicare volunt; neque se exposuit deceptioni circulatorum, et eorum qui pollicere audent quæ supra humanam sunt naturam: sed *Abiit,* inquit, *ut consuleret Dominum.* Vide mulieris sagacitatem. Quoniam vidit eum qui vulvam ejus reserarat, et qui infecundum ventrem repente ita secundum effecerat, naturæ esse Dominum, quoniam vidit uteri sarcinam magna quædam promittere, *Abiit,* inquit, *ut consuleret Dominum.* Quid est, *Abiit ut consuleret Dominum?* Cucurrit ad veram scientiam, et festinavit ad sacerdotem Dei ministrum, per quem latenter rei scientiam discere cupiebat¹: et enarrans omnia quæ sibi contigerant, didicit diligenter omnia, misericorditer Deo per sacerdotis linguam detegente ei omnia manifeste, et alacriorem eam reddente. Et ut acias quanta tunc erat sacerdotum dignitas, nusquam dicit sacerdotem ei respondisse, sed postquam dixit, *Abiit ut consuleret Dominum,* subjecit, 23. *Et dixit Dominus ei,* nempe per sacerdotem, *Duas gentes in utero tuo contines.* Etenim et alio loco angelum vocat sacerdotem divina Scriptura, ostendens illum ea loqui, quæ inspirat ac suggerit Spiritus gratia. Dixit igitur Dominus ei per sacerdotem: *Dux gentes in utero tuo sunt, et duo populi in ventre tuo dividuntur, et populus populo præstabit, et major serviet minori.* Vide vaticinium quod manifeste prædicit ei omnia

¹ Cotel. et interpres vulgatus in Editione Morelli: *Et festinavit ad sacerdotem Dei ministrum, per quem latenter scientiam volebat discere.*

ΟΜΙΛΙΑ Ν'.

Ἐν γαστρὶ δὲ ἔλαβεν ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἐσκήνω
modo non pessum it adolescentis anima? Illic enim omnia pereunt et corrumpuntur: quia ab initio castitas eorum qui inter se conveniunt sunt oppugnatur, et sæpe primò die juvenis, oculis videns incontinentibus, toto diabolico in anima vulneratur: et puella per ea quæ audit et videt captiva fit, et ab eo die postea crescunt vulnèra, majusque fit malum. Etenim illinc statim et mutuam concordiam dilacerant, et amorem debilitant. Quando enim ille mentem ad aliam vertit, hinc et inde dividens animum, a diabolo ipso ductus, multa amaritudine domum implet. Quod si et illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis omnia, ut ita dicam, subvertuntur: postea alter ab altero occultatur, et ille quidem suspiciosè observat uxorem, et similiter illa virum. Atque ubi oportet concordiam esse et copulam, quippe debebant esse caro una (*Erant enim, inquit, duo in carnem unam [Gen. 2. 24]*), hi in tanta vivunt dissensione, quasi sejuncti essent. Diabolus enim subingressus tantam in eis perniciem operatur, ut quotidianæ pugnæ inter eos nascantur et a malis numquam habeant quietem. Quid enim quis dixerit quomodo postea a famulis contemnantur, quomodo a vicinis rideantur, quam scæla operentur? Nam sicut quando gubernatores inter se dissident, etiam qui navi vehuntur, una periclitantur, ac timent ne cum navi submergantur: ita et hic, si discordes sint vir et mulier, consequens est omnes qui apud illos sunt participes esse malorum. Propterea oro ut hæc omnia prævidentes, consuetudinem ne sectemini. Scio enim multos receptum morem obtendere, neque patienter ferre ut hæc a nobis dicantur: attamen necesse est ut nos utilia dicamus, et quæ illos a futuro supplicio liberent. Ubi enim tantum animæ damnum, qua de causa mihi consuetudinem prætexere audes? Ecce enim et ego tibi consuetudinem meliorem objicio, quæ apud veteres erat, quando nondum tanta piæ religionis erat agnitio. Et ne justum hic Jacob tantum cogites, sed et Laban adhuc idolorum cultui deditum, nec vel minimam veræ religionis notitiam habentem, et tamen tantam præ se ferentem philosophiam. Neque enim hæc honestas ejus erat, qui ducturus puellam, sed patris eam tradentis. Ideo et illum feci sermonem, non ad sponsos tantum spectans quantum ad parentes, et ad patrem qui virginem locat. Quomodo enim non absurdum, si nos qui tantam accepimus misericordiam, et tam terribilium ineffabiliumque sacramentorum participes sumus, hæc in re inferiores simus Labano, qui cultui idolorum adhuc erat deditus? Annon audis Paulum dicentem sacramentum esse nuptias et imaginem dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam exhibuit (*Ephes. 5. 32*)? Ne igitur confundamus nos ipsos, et honestatem nuptiarum corrumpamus. Nam si quidem bonum et utile fuerit consilium, etiamsi non sit consuetudo, fiat: sin damnosum et perniciosum est id quod a vobis efficitur, etiamsi consuetudo sit, rejiciatur. Nam si hoc admiserimus, et fur, et adulter, et quantumvis malus alius, consuetudinem obtendet: ac nullum hinc illis lucrum est vel venia,

sed major potius accusatio, quod malam consuetudinem superare non valuerint.

2. Si enim voluerimus vigilare, et curam habere nostræ salutis, possumus et a mala consuetudine desistere, et in bonam consuetudinem nos reducere: sicque posteris nostris non parvam dabimus occasionem eadem imitandi, et accipiemus etiam nos mercedem eorum quæ ab iis aguntur. Nam qui initium bonæ viæ præbuit, hic auctor est eorum quæ et ab aliis recte fiunt, et duplicem recipiet mercedem, tam pro iis quæ ipse recte facit, quam quibus alios in optimam illam inducit philosophiam. Ne prætexatis, obsecro, frigida et ridicula verba hæc, dicentes legitima quædam esse hæc, et propterea impleri oportere. Non enim hæc legitimum faciunt conjugium, sed si secundum leges Dei cum castitate et honestate fiat conventus, et si concordia magna cohæreant ii qui conveniunt. Noverrunt hoc etiam externæ leges: et audies eos, qui his studuerunt, dicere, conjugium nihil aliud constituere quam consuetudinem. Ne igitur divinas leges cum humanis transgrediamur, nec præferamus diabolicas leges et perniciosam hanc consuetudinem: illius enim lex sunt hæc, qui gaudet de interitu nostro. Quid igitur hac consuetudine magis ridiculum, quando vir et uxor innumeris conviciis et scommatis a servis nulliusque pretii hominibus incessuntur, ac nemo est qui increpet: sed licet cuivis volenti ad vesperam omnia loqui, et convicia jacere in sponsam et sponsum? Et in alio die si quis conaretur ita salibus mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceretur et puniretur: tunc autem quando plurimam oportebat esse reverentiam, majoremque honestatem et castitatem, tanta obscenitate implentur omnia illa, ut probabile sit diabolo duce hæc omnia inventa esse. Verum ne ægre feratis, oro: non enim absque causa in hunc sermonem digressi sumus, sed curam habens vestræ salutis et honestatis, vellem optimam hanc mutationem fieri, vosque optima hujus consuetudinis esse duces. Nam si solum principium et via fiat operis, paulatim uno alterum laudabili hac æmulatione æmulante, omnes laudatores habebitis: et non tantum qui civitatem incolunt, imitabuntur optimam hanc innovationem, sed et eos qui procul habitant conciliabitis, et imitatores vestros constituetis: atque insuper longe ampliore a Deo reportabitis coronam, quod propter Dei timorem et ejus mandatum diabolicam hanc superaveritis consuetudinem. Sed quod suscepturi sitis magna alacritate hoc nostrum consilium, et opere impleturi, valde confido. Videns enim vos magna cum voluptate audire ea quæ dicuntur, id ex applausu et laudibus conjecto, vos etiam operibus idem ipsum comprobaturus esse. Propterea contentus dictis, ad contextus seriem regrediar. *Et facta est, inquit, vespera, et accepit Laban Liam filiam suam, et introduxit eam ad Jacob.*

Quomodo a Labano deceptus fuerit Jacob; ejus simplicitas. — Ne obiter etiam hoc prætereamus: nam hic quoque multa considerari possunt: primum simplicitas Jacob, et quomodo ab omni malitia alienus

ἀκοῆς θαυματοειδέραν ἀνάπτουσα τὴν πυρᾶν, καὶ τὴν κάμινον τῶν παθῶν φλογωδεστέραν ἐργαζόμενα, πῶς οὐχ ὑποδρόχιος ἡ τοῦ νέου ψυχῆ γενήσεται; Ἐντεῦθεν γὰρ ἅπαντα ἀπλόωλα καὶ διεφθάραι, ἀπὸ τοῦ τὴν σωφροσύνην ἐξ ἀρχῆς διορτυτῆσθαι τῶν μελλόντων ἀλλήλεις συνίεναι· καὶ πολλάκις ἐκ πρώτης ἡμέρας καὶ ὁ νέος ἐδέξατο βέλος σατανικὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀκολάτοις ἰδῶν ὀφθαλμοῖς, καὶ ἡ κόρη καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ διὰ τῆς ἐβλασῆς αἰχμάλωτος γέγονε, καὶ ταῦτα ἐξ ἐκείνης λοιπὸν τῆς ἡμέρας τὰ τραύματα αὐξανόμενα μείζον ἐργάζεται τὸ κακόν. Καὶ γὰρ πρῶτον μὲν τὴν πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ὁμόνοιαν διορτυτῆται, καὶ τὸν πόθον καταμαρμαίνει. Ὅταν γὰρ πρὸς ἑτέραν ἐκεῖνος προσῆλθῆ τῇ διανοίᾳ, ὡς κάκεισε μεριζόμενος τὸν λογισμὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου αὐτοῦ στρατηγούμενος, πολλῆς ἀγρίας πληρώσει τὴν οἰκίαν. Εἰ δὲ κάκεινη εὐρεθεῖται τοιοῦτόν τι παθοῦσα, ἐξ αὐτῶν, ὡς εἶπειν, τῶν βάθρων ἅπαντα ἀνατρέπεται, καὶ λοιπὸν ἀλλήλους κρύπτουσα, ὁ μὲν δὲ ὑπόφλας ἔχει τὴν γαμετήν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα. Καὶ ἐνθα ἐχρήν ὁμόνοιαν εἶναι καὶ σύνδεσμον, καὶ οἱ ὀφειλέτες σάρξ εἶναι μία (*"Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν"*), οὗτοι [540] ἐν τοσαύτῃ διαιρέσει τυγχάνουσιν, ὡς εἰ καὶ κατατετημημένοι ἦσαν. Ἐπεισελθὼν γὰρ ὁ διάβολος τοσαύτην ἐν αὐτοῖς ἐργάζεται τὴν λύμην, ὡς πολέμους καὶ μάχας καθημερινὰς τίττεσθαι, καὶ μηδέποτε ἀνάπαυαν ἔχειν τῶν κακῶν. Τί γὰρ ἂν τις εἴποι λοιπὸν τῶν οἰκετῶν τὰς καταφρονήσεις, τῶν πλησίον οἰκούντων τὸν γέλωτα, τὰς ἀσχημοσύνας; Καθάπερ γὰρ τῶν κυβερνητῶν στασιαζόντων, καὶ οἱ ἐμπλόντες τῶν κινδύνων συναπολαύουσι, καὶ αὐτανδρὸν ἀνάγκη τὴν ναῦν καταποντισθῆναι· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα, τοῦ ἀνδρός καὶ τῆς γυναίκος πρὸς ἀλλήλους διαστασιαζόντων, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας συναπολαύσει τῶν κακῶν εἰκός. Διὰ τοῦτο παρακαλῶ, ταῦτα ἅπαντα προορωμένους, μὴ τῇ συνηθείᾳ κατακολουθεῖν. Οὐδα γὰρ ὅτι πολλοὶ ταύτην ἡμῖν προβαλλόμενοι οὐδὲ ἀψήχονται τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων· ἀλλ' ὅμως ἡμᾶς ἀνάγκη τὰ λυσιτελεῖ καὶ τὰ τῆς μελλούσης κολάσεως ἐξαρπάζοντα λέγειν. Ὅπου γὰρ λύμη τοσαύτη ψυχῆς, τίς ἐνεκέν μοι συνήθειαν βούλει προβάλλεσθαι; Ἰδοὺ κἀγὼ συνηθείαν σοι προβάλλομαι βελτίονα, ἢ οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐκέχρητο, ὅτι οὐδέπω τοσαύτη γῶσις ἦν τῆς εὐσεβείας. Καὶ μὴ μοι τὸν δίκαιον ἐνταῦθα λογιζοῦ, τὸν Ἰακώβ λέγω, ἀλλὰ τὸν Λάβαν ἐννοεῖ, ἄνδρα ἔτι τοῖς εἰδώλοις προσανέχοντα, καὶ οὐδεμίαν γῶσιν ἐχόντα τῆς εὐσεβείας, καὶ τοσαύτην φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενον. Τοῦτο γὰρ οὐ τοῦ μελλόντος ἦν ἀγεσθαι τὴν κόρην τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τοῦ τὴν κόρην ἐκιδέοντος. Δι' ὃ καὶ τοῦτον ἐκίνησα τὸν λόγον, οὐχὶ πρὸς τοὺς νυμφίους τοσαῦτον ἀποτεινόμενος, ὅσον πρὸς τοὺς γεγεννηκότας, πρὸς τὸν πατέρα τοῦ νυμφίου, καὶ πρὸς τὸν τὴν κόρην ἐκιδέοντα φημί. Πῶς γὰρ οὐκ ἄποπον ἡμᾶς τοὺς τοσαύτης ἀπολαύσαντας φιλανθρωπίας, καὶ τῶν φρικτῶν καὶ ἀπὸρρήτων μυστηρίων ἀξιοθέοντας, ἐλάττους κατὰ τοῦτο γίνεσθαι τοῦ Λάβαν, τοῦ ἐπιειδώλα θεραπεύοντος; Ἡ οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος, ὅτι μυστήριόν ἐστὶν ὁ γάμος, καὶ εἰκὼν ἐστὶ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, ἣν περὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπεδείξατο; Μὴ τοίνυν καταισχύνομεν ἑαυτοὺς, καὶ τὰ σιμνὰ τοῦ γάμου διαφθειρώμεν. Εἰ μὲν γὰρ καλὸν ἐστὶ τὸ τῆς συμβουλῆς καὶ ἐπισημείας, κἀν μὴ συνήθεια ἢ, γινέσθω· εἰ δὲ βλάβην ἔχον καὶ πολὺν τὸν ὄλεθρον τὸ νῦν παρ' ὁμῶν ἐπιτελούμενον, κἀν συνήθεια ἢ, ἔγκοπτεῖσθω. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, καὶ ὁ κλέπτων, καὶ ὁ πορνεύων, καὶ ὁ τὴν ἑλπίαν

ἄπασαν κακίαν ἐπιδεικνύμενος, τὴν συνήθειαν ἡμῖν προβαλεῖται· ἀλλ' οὐδὲν ἀπὸ τούτου κέρδος αὐτῷ ἔσται, οὐδὲ συγγνώμη, ἀλλὰ καὶ πολλὴ ἡ κατηγόρησις, ὅτι οὐκ ἴσχυσε συνηθείας περιγενέσθαι πονηρός.

β'. Ἐὰν γὰρ βουλόμεθα νήφειν, καὶ πολλὴν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ποιῆσθαι τὴν φροντίδα, δυνήσομεθα καὶ τῆς κακῆς συνηθείας ἀποστῆναι, καὶ εἰς καλὴν συνήθειαν ἑαυτοὺς ἀγαγεῖν· καὶ οὕτω καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς οὐ μικρὰν παρέξομεν ἀφορμὴν τοῦ τὰ αὐτὰ ζηλοῦν, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνων κατορθουμένων ἡμεῖς ληψόμεθα τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν παρασχὼν τῆς καλῆς ὁδοῦ, οὗτος καὶ τῶν ὑφ' ἐτέρων γινομένων [541] αἴτιος ἔσται, καὶ διπλοῦν κομιεῖται τὸν μισθόν, ὑπὲρ ὧν τε αὐτῆς κατορθοῖ, ὑπὲρ ὧν τε ἐτέρους ἐπάγει εἰς τὴν ἀρίστην ταύτην φιλοσοφίαν. Μὴ μοι τὰ ψυχρὰ ἐκίνα βήματα καὶ γέλωτος γέμοντα προβάλλεσθε, λέγοντες νόμιμά τινα εἶναι ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο πληροῦσθαι χρή. Οὐ ταῦτα γὰρ νόμιμον ποιεῖ συνοικέσιον, ἀλλὰ τὸ κατὰ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους μετὰ σωφροσύνης καὶ σεμνότητος τὴν συνέλευσιν γίνεσθαι, καὶ τῇ ὁμοιοῦ συμπεπλέχθαι τοὺς ἀλλήλους συνιόντας. Τοῦτο καὶ οἱ ἐξῶθεν ἴσασι νόμοι, καὶ ἀκούουσι τῶν περὶ ταῦτα ἐσχολακῶτων λεγόντων, ὅτι συνοικέσιον οὐδὲν ἕτερον συνίστησιν ἢ συνήθεια. Μὴ τοίνυν καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους παραδόμεν μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ προτιμῶμεν τοὺς διαβολικούς νόμους καὶ τὴν ὀλεθρίαν ταύτην συνήθειαν· ἐκεῖνον γὰρ ἐστὶ νόμος ταῦτα, τοῦ χαίροντος ἀεὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῆς ἡμετέρας. Τί οὖν ἂν γένοιτο καταγελαστότερον τῆς συνηθείας ταύτης, ὅταν ὑπὸ οἰκετῶν καὶ τριωβολιμαίων ἀνθρώπων σκώμματα καὶ λοιδορίας ἀπίρους δέχωνται καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνή, καὶ οὐδεὶς ἢ ὁ ἐπιτιμῶν, ἀλλ' ἐξεστὶ τῷ βουλομένῳ ἀδελφῷ κατὰ τὴν ἐσπέραν ἅπαντα φθέγγεσθαι, καὶ βάλλειν τοὺς σκώμματα καὶ τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην; Καὶ ἐν ἑτέρᾳ μὲν ἡμέρᾳ ἐὰν τις ἐπιχειρήσῃ λοιδορησάσθαι, δικαστήρια αὐτῷ, καὶ ἀπαγωγὰ, καὶ κίνδυνος· τότε δὲ, ὅτε μάλιστα πολλὴν ἐχρήν εἶναι τὴν αἰδῶν, πολλὴν τὴν κοσμιότητα, πολλὴν τὴν ἀγνείαν, τοσαύτης ἅπαντα πληροῦνται τῆς ἀσχημοσύνης ὡς εἰκός τὸν διάβολον στρατηγούτα ταῦτα ἅπαντα ἐπιδεικνύσθαι. Ἀλλὰ μὴ δυσχεραίνετε, παρακαλῶ· οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς εἰς τοῦτον ἐξέθην τὸν λόγον, ἀλλὰ κηδόμενος ὁμῶν καὶ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς εὐκοσμίας, καὶ βουλούμενος ὁμᾶς τὴν ἀρίστην ταύτην μεταβολὴν ἐπιδείξασθαι, καὶ τῆς καλῆς ταύτης συνηθείας ἀρχήσιν καταστήναι. Ἐὰν γὰρ μόνον ἀρχὴ καὶ ὁδὸς γένηται τοῦ πράγματος, κατὰ μικρὸν εἰς τὸν ἕνα ζηλοῦντες τὸν καλὸν τοῦτον καὶ ἐπαινετὸν ζῆλον, πάντας ἐπαινέτας ἔχετε, καὶ οὐ μόνον οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες μιμησονται τὴν καλλίστην ταύτην μεταβολὴν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πόρρωθεν οἰκοῦντας ἐπισπάσεσθε, καὶ ζηλωτὰς ὑμετέρους καταστήσετε, καὶ πολυπλάσιον τὸν παρά τοῦ Θεοῦ κομιεῖσθε στέφανον, ὅτι διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φρόνον καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ἐντολήν, τῆς σατανικῆς ταύτης περιγεγόνετε συνηθείας. Ἄλλ' ὅτι μὲν δέξεσθε μετὰ προθυμίας ταύτην ἡμῶν τὴν συμβουλήν, καὶ εἰς ἔργον αὐτὴν ἔχετε, σφόδρα πέπεισμαι. Ὅρων γὰρ ὁμᾶς μετὰ τοσαύτης ἐβουλήσεως ἀκούοντας τῶν λεγομένων, ἀπὸ τοῦ κρότου καὶ τῶν ἐπαίνων στοχάζομαι, ὅτι καὶ πρὸς τὴν διὰ τῶν ἔργων κατόρθωσιν ἐπειθόθησθε. Διὸ ἀρκεσθεὶς τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τὴν ἀκολουσίαν τοῦ λόγου ἐπανήξω. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ἔσπερα, καὶ ἔλαβε Λάβαν τὴν Λεῖαν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, καὶ ἰσήγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἰακώβ.

Μὴ ἀπλῶς μετὰ τοῦτο παραδράμωμεν· ἔστι γὰρ καὶ ἐκ τούτου πολλὰ συνιδεῖν· ἐν μὲν τοῦ Ἰακώβ τὸ

ἀπλαστον, καὶ ὅπως πάσης πονηρίας ἐκτός ὢν παρ-
εχρούσθη· δεύτερον δὲ, ὅτι μετὰ τοσαύτης εὐ-
κοσμίας ἅπαντα ἐγίνετο, καὶ οὐδαμῶς λαμπάδες
καὶ χορδαί· καὶ πάντα τὴν χριστιανὴν ὑπερβαίνοντα, ὡς
καὶ τὴν ἀπάτην τοῦ Ἀδάμ εἰς ἔργον ἔλθειν. Ἔστι
δὲ καὶ τοῦ Ἀδάμ ἐντεῦθεν κατολαβεῖν τὴν περὶ [542]
τὸν Ἰακώβ φιλοσοφίαν. Τοῦτο γὰρ ἐμμηχανήσατο,
βουλόμενος ἐπὶ πλείον καταχεῖν παρ' αὐτῶ τὸν δι-
καιον. Ἐπειδὴ γὰρ ἦδει ὅτι ἐκείνης περιεκαίετο*, καὶ
εἰ τοῦ σπουδαζομένου ἐπέτυχεν, οὐκ ἂν εἴλετο λοιπὸν
τῆς Λείας· ἐνεκεν τὴν δουλείαν ὑποστῆναι, οὐδὲ τὴν
μετ' αὐτοῦ συνοικήσιν· διὰ τοῦτο θεασάμενος ὁ Ἀδάμ
τὸν ἄνδρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ ἔνοιον ὡς οὐκ ἂν ἐτέρως
αὐτοῦ περιγένοιτο καὶ πείσεις, τὴν ἀπάτην ταύτην
εἰργάσατο, καὶ εἶδωσιν αὐτῶ τὴν Λεῖαν μετὰ Ζελφᾶς
τῆς παιδίσκης. Εἶτα ἐγκαλούμενος ὑπὸ τοῦ δικαίου,
τίνας ἐνεκεν τὰ τῆς ἀπάτης εἰργάσατο, εὐπρόσωπον
ἀπολογίαν ἐποίησατο. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Ἰακώβ·
*Τίνας ἔτεκεν τοῦτό μοι ἐποίησας; οὐ περὶ τῆς Ρα-
χὴλ ἔδούλευσά σοι; καὶ ἴνα τί παρελοίσω με; τί
φρῆσιν ὁ Ἀδάμ; Οὐκ ἔστιν οὕτως ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ
δοῦναι τὴν νεωτέραν, πρὶν ἢ πρεσβυτέραν. Συντέ-
λεσον οὖν καὶ ταύτης τὰ ἔθρομα, καὶ δώσω σοι καὶ
ταύτην ἀντὶ τῆς ἐργασίας, ἧς ἐργάσθη παρ' ἐμοῦ ἐπὶ
ἑπτὰ ἔτη. Ὁρᾷς δὲ τοῦτο αὐτὸ μμηχανώμενος; ἅπαντα
κατεσκεύασεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε τὸν ἔρωτα ἔν περὶ τὴν
κέρην ἐκέκτητο, φησὶ· Μὴ νομίσης ἡδίκησθαί σε.
Ἐπειδὴ γὰρ οὕτως παρ' ἡμῶν ὁ νόμος, ὥστε πρότερον
τὴν πρεσβυτέραν ἐκδιδόναι ἀνδρὶ· διὰ τοῦτο μὲν τοῦτο
γεγένηται· λήψη δὲ καὶ ταύτην ἢν ποθεῖς, ἰάν τὰ ἅμια
ἔτη καὶ ὑπὲρ αὐτῆς δουλεύσης. Ταῦτα ἀκούσας ὁ δι-
καιος, ἐτοίμως ἅπαντα κατεδέξατο, καὶ μετὰ ταῦτα
ἔειπε ἑπτὰ ἔτη, Ἔδωκε, φησὶν, αὐτῶ τὴν θυγατέρα
αὐτοῦ Ραχὴλ γυναῖκα.*

γ. Ὁρᾷς πάλιν ὅτι τὰ τῶν γάμων γίνεται μετὰ πάσης
κοσμιότητος. Ἄλλ' ἀκούων ὅτι ἔλαβε τὴν πρεσβυτέραν,
καὶ πάλιν τὴν νεωτέραν, μὴ ταραχῆς, μηδὲ πρὸς τὴν
νῦν κατάστασιν τὰ τότε χρῆναι πράγματα. Τότε μὲν
γὰρ, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προσομῖα ἦν, συνεχωρεῖτο καὶ
δοσι καὶ τριοὶ γυναῖκι καὶ πλείοσι μίγνυσθαι, ὥστε τὸ
γένος ἐκταθῆναι· νῦν δὲ, ἐπειδὴ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χά-
ριν καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπὶ πολὺ κλήθος ἐκτέ-
ταται, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἔσχε. Παραγενόμε-
νος γὰρ ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν ἀρετὴν καταφυτεύσας ἐν
τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀγγέλους, ὡς εἶπεν, ἐξ ἀνθρώπων
αὐτοὺς ἐργάσαμενος, ἅπαντα αὐτῶν τὴν παλαιὰν συ-
νήθειαν ἐξέκοψεν. Ὁρᾷς πῶς οὐδεὶς συνήθειαν προβά-
λεσθαι, ἀλλὰ τὸ χρησίμον πανταχοῦ ἐπιζητεῖν; Ἰδοὺ
γὰρ, ἐπειδὴ κακὴ ἦν αὕτη ἡ συνήθεια, ὅρα πῶς ἐξεκό-
πη, καὶ οὐκ ἔξεστι νῦν οὐδενὶ ταύτην προβάλλεσθαι τὴν
συνήθειαν. Μηδαραμῶ τοῖνον, παρακαλῶ, συνήθειαν
ἐπιζητεῖ, ἀλλὰ τὸ χρησίμον ζητεῖ, καὶ μὴ τὸ ψυχοβλα-
βεῖς· καὶ εἰ τι τυγχάνει καλόν, κἂν μὴ ἦ συνήθεια, γι-
νέσθω παρ' ἡμῶν· ἂν δὲ τι βλαβερὸν, κἂν ἐν συνήθειᾳ
ἦ, φεύγωμεν καὶ ἀποστρεφώμεθα. Καὶ ἔδωκε, φησὶν,
*Ἰακώβ Ραχὴλ μετὰ Βάλλας τῆς παιδίσκης. Εἶδες
πόση ἡ φιλοσοφία; Μῆ ποῦ ἀνδραπόδων ἀγέλαι; μὴ ποῦ
γραμματεία, καὶ συνθήκαι, καὶ αἰρέσεις ἐκείναι αἱ
καταγέλαστοι. Ἐάν τὸς γένηται, καὶ ἰάν τότε συμβῆ;
Καὶ εὐθὺς, πρὶν ἢ συνελθεῖν, οἱ οὐκ εἰδότες οὐδ' εἰ-
[ἄχρι 543] τῆς ἐσπέρας διαμενοῦσι, τὰ μετὰ πολλῶν
ἐπίμαχα χρόνον ἐν τοῖς γραμματείοις συντιθέασιν·*

*Ἐάν ἄτεκνος, φησὶ, τελευτήσῃ, ἰάν παιδία ἐσχηκώς, καὶ
ἴσα τοιαῦτα. Ἄλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλὰ παι-
δίσκην μίαν ἐκάστη δούς ὁ πατήρ, οὕτω τὰς θυγατέρας
ἐξεδίδου. Ἠγάπησε δὲ, φησὶ, Ραχὴλ μᾶλλον ἢ
Λεῖαν, καὶ ἐδούλευσεν αὐτῶ ἑπτὰ ἔτη ἔτερα.
Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἀρχῆς διὰ τὴν εὐμορφίαν ἠράσθη τῆς
κέρης, μόλις δὲ τυχεῖν ποτε ἠδυνήθη τοῦ σπουδαζο-
μένου, ἐκείνην, φησὶ, πλέον ἠγάπα, ἤπερ τὴν Λεῖαν.
Καὶ γὰρ ἡ ταύτης εὐμορφία, φησὶν, ἐφαίκετο αὐτὸν
εἰς τὸν περὶ αὐτὴν πόθον. Ἄλλ' ὅρα μοι ἐνταῦθα λοιπὸν
τοῦ Δεσπότη τοῦ ἀφατον φιλανθρωπίαν, καὶ πῶς τὰ
παρ' αὐτοῦ ἐπαγγελθέντα κατὰ μικρὸν εἰς ἔργον ἄγει.
Ὁ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἔσομαι μετὰ σοῦ, διαστυλάσω
σε ἐν πάσῃ ὁδοῦ, ἢ ἐάν κορευθῆς, καὶ ἐπὶ Ἀύξανῳ
σε καὶ πληθυνῶ, αὐτὸς καὶ νῦν ἅπαντα οἰκονομεῖ.
Καὶ ἴνα μάθης, ἄκουε καὶ αὐτῆς τῆς οὐραίας Γραφῆς·
τοῦτο σαφῶς λεγούσης· Ἰδοὺ δὲ Κύριος ὁ Θεός, φη-
σὶν, ὅτι μισεῖται Ἀσία, ἠροῖε τὴν μήτραν αὐτῆς·
Ραχὴλ δὲ ἦν στείρα. Καὶ συνέλαβε Ἀσία, καὶ
ἔτεκεν υἱὸν τῶ Ἰακώβ. Ὅρα τοῦ εὐμηχανοῦ Θεοῦ τὴν
σοφίαν. Ἐπειδὴ ἡ μὲν ἀπὸ τῆς εὐμορφίας τὴν εὐνοίαν
ἐπεσπάσατο τοῦ ἀνδρός, ἡ δὲ ταύτης ἀπρετημένη
μισεῖσθαι ἔδωκε, ταύτην μὲν διεγείρει πρὸς γονὴν,
ἐκείνης δὲ πηροὶ τὴν μήτραν, ἀμφοτέρω διὰ τὴν οἰκίαν
φιλανθρωπίαν οἰκονομῶν, ἵνα καὶ αὕτη διὰ τὰ ἐξ αὐτῆς
τικτόμενα σχῆ τινα παραμυθίαν, ἐφελκομένη εἰς τὸν
περὶ αὐτὴν πόθον τὸν ἀνδρα, κάκεινη μὴ διὰ τὸ κάλλος
καὶ τὴν εὐμορφίαν κατεφανισθῆται τῆς ἀδελφῆς. Καὶ
διηροῖε, φησὶ, τὴν μήτραν αὐτῆς. Μάνθανε ἐντεῦ-
θεν, ἀγαπητέ, ὅτι ὁ τῶν ἀπάντων δημιουργός ἐστιν ὁ
τὰ πάντα οἰκονομῶν, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν διεγείρων
πρὸς γονὴν, καὶ ὅτι οὐδὲν τῆς συνουσίας βραδύς μὴ τῆς
ἀκωδεν συμμαχίας γενομένης. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν,
ὅτι Διηροῖε τὴν μήτραν αὐτῆς, ἵνα γῶμεν ὅτι αὐ-
τὸς ὁ Δεσπότης ἠβουλήθη τὴν Λεῖαν πρὸς τεκνογονίαν
διεγείρει, ὥστε αὐτῆς τὴν ἀθυμίαν παραμυθῆσασθαι.
Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ καὶ ἐν τῇ μήτρᾳ διαπλάττων τὰ
βρέφη καὶ ζωογονῶν, καθάπερ καὶ Δαυὶδ φησὶν· Ἀνε-
ελάθον μου ἐκ τῆς γαστρὸς μητρός μου. Καὶ ὅρα
πῶς δεικνύσιν ἡμῖν ἡ εἰς ἡμᾶς Γραφὴ τῶν τῆς φύσεως θη-
μουργῶν ἐκάτερα τῆ οἰκείᾳ δυνάμει ἐργαζόμενον, καὶ
τῆς μὲν τὴν μήτραν διεγείροντα, τῆς δὲ Ραχὴλ ἐπ-
έγοντα. Δεσπότης γὰρ ὢν τῆς φύσεως, μετ' εὐκλείας
ἅπαντα ἐργάζεται. Καὶ συνέλαβε, φησὶ, Ἀσία, καὶ
ἔτεκεν υἱὸν τῶ Ἰακώβ· ἐκάλεσε δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ
Ροβθὴν, λέγουσα· Ὅτι εἶδὲ μου Κύριος τὴν τα-
πεινώσιν, νῦν ἀγαπήσει με ὁ ἀνὴρ μου. Ὅρα πῶς
εὐγνώμων ἡ γυνὴ. Θεασάμενος, φησὶ, τὴν ταπεινώσιν
μου ὁ Δεσπότης, παρέσχε μοι τὸν τόκον, ἵνα διὰ τοῦτο
ἀγαπηθῆναι δυνηθῶ. Καὶ θέα μοι τοῦ φιλανθρώπου
Θεοῦ τὴν φιλοτιμίαν, πῶς ἐπιδαψιλεύεται, ἔμοῦ καὶ τὸ
τοῦ δικαίου σφέερα ἀξίωμα βουλόμενος, καὶ ταύτην
νῦν ποθεινοτέραν καταστήσῃ τῶ Ἰακώβ. Καὶ συν-
έλαβε, φησὶ, πάλιν, καὶ ἔτεκεν υἱὸν δεύτερον τῶ
Ἰακώβ, καὶ εἶπεν, ὅτι Ἦκουσε Κύριος ὅτι μισοῦ-
μαι, καὶ προσέδωκέ μοι καὶ τοῦτον· καὶ ἐκάλεσε
τὸ ὄνομα αὐτοῦ Συμεὼν. Σκόπει πῶς [541] ἀφ'
ἐκάστου τῶν παιδῶν εὐχάρισται τῶ Δεσπότη, καὶ εὐ-
γνώμων γίνεται περὶ τὴν εὐεργεσίαν. Ἦκουσε γὰρ,
φησὶ, ὁ Κύριος, ὅτι μισοῦμαι, καὶ προσέδωκέ μοι
καὶ τοῦτον· καὶ διὰ τοῦτο Ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ
Συμεὼν.*

* Conject. Savil. ἐκείνης πέρι ἐκαίετο.

† Sic Coisl. optime Edebatur διαμένουσι. Edit.

† Savil. et quatuor mss. μάστιχα δὲ τυχεῖν, in' nus recte.

deceptus sit : secundum, quod tanta facilitate omnia sunt, et nusquam lampades, choros, facesque præter usus necessitatem : ita ut et deceptio Laban locum habuerit. Possumus autem et hic videre, quomodo Laban magna affectione dilexerit Jacob. Hoc enim commentus est, ut diutius apud se justum retineret. Sciebat quidem quod alterius amore flagraret, atque si voti compos fieret, non eligeret posthac servitutem propter Liam sustinere, nec vellet cum eo habitare : et propterea quia vidit Laban virtutem viri, et cogitavit se non aliter eum vincere et persuadere posse, ita eum cepit, et dedit ei Liam cum Zelpha ancilla. Deinde cum argueretur a justo quod eum decepisset, honestam attulit excusationem. Nam postquam dixit Jacob : 25. *Quare mihi hoc fecisti? nonne propter Rachel servivi tibi? et quare decepisti me?* quid ergo Laban? 26. *Non est sic in hoc loco ut elocetur junior prius quam major natus.* 27. *Perfice igitur hebdomadam istius, et dubo tibi etiam hanc pro labore, et opere, quod operaberis apud me adhuc annis septem.* Vides illum ea de causa hæc omnia commentum esse. Nam quia vidit amorem quem erga puellam habebat, inquit : Ne putes injuria te affici : Quoniam hæc apud nos lex est, ut primum nuptiis tradatur major natus : propterea hoc quidem factum est ; accipies autem et hanc quam amas, si similes septem annos pro ea servieris. Quibus auditis justus omnia prompto animo suscepit : et post hos alios annos septem (a), 28. *Dedit, inquit, Laban Rachel filiam suam ei uxorem.*

3. *Polygamia olim; nunc monogamia; cur.* — Vides iterum nuptias fieri cum magna honestate. Sed audiens eum accepisse majorem natu, et postea minorem, ne turberis : neque secundum statum qui nunc est, opera quæ tunc facta sunt judices. Tunc enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus vel tribus vel pluribus uxoribus misceri, ut humanum genus propagaretur ; nunc vero quia per Dei gratiam humanum genus valde multiplicatum est, virtus quoque incrementum accepit. Adveniens enim Christus, et virtutem in hominibus plantans, angelosque, ut ita dicam, ex hominibus faciens, omnem illam veterem consuetudinem abolevit. Vides quomodo non oporteat consuetudinem prætexere, sed quod justam est inquirere? Ecce enim quoniam mala erat hæc consuetudo, explosa est, et non licet ulli eam prætexere. Nusquam igitur, obsecro, consuetudinem inquiras ; sed quod sit utile quære, non quod animæ perniciosum ; et si quid est bonum, etiamsi non sit consuetudo, id fiat a nobis : si vero perniciosum est, etiamsi consuetudo sit, fugiamus et aversemur. 29. *Et dedit, inquit, Jacob Rachelem cum Balla ancilla.* Vidisti quanta sit hæc philosophia (b)? Num servorum greges? num syn-

(a) Hic memoria lapsus videtur Chrysostomus cum sit Labanum Jacobo Rachelem dedisse post alios septem annos servitiam. Nam in Hebraico textu et in Vulgata, quibus etiam consonant LXX interpretes, ductam in uxorem Rachelem esse dicitur ante illos septem alios servitutis annos, et conjugium septimo post ductam Liam die consummatum fuisse.

(b) Philosophia hic accipitur pro simplicitate morum et pro frugalitate, ut sæpe alias apud Chrysostomum et apud veteres

graphia? et pacta, atque conditiones illæ ridiculæ : *Si hoc fuerit, si hoc evenierit?* Et prinsquam conveniant, nescientes an usque ad vesperam mancant, quæ post multa tempora ventura sunt, in literis suis consignant : *Si liberis carens, inquit, defunctus fuerit : si filios habuerit, et quæcumque talia.* At hic nihil tale, sed cum utriusque suam ancillam dedisset, filias elocavit pater. 30. *Dilexit autem, inquit, Rachel magis quam Liam : et servivit ei septem annis aliis.* Quia enim ab initio adamavit puellam propter venustam formam, et vix eam consequutus est : ideo eam magis dilexit quam Liam. Etenim illius venustas allexit eum ad eam amandum. Verum hic iterum vide Domini ineffabilem misericordiam, et quomodo quæ ab ipso fuerant promissa paulatim compleat. Nam qui dixit : *Ero tecum, custodiens te in omni via quæ ambulaveris :* et, *Angebo et multiplicabo te (Gen. 28. 15) :* ipse etiam nunc omnia dispensat. Et ut id scias, audi ipsam divinam Scripturam hoc manifeste dicentem. 31. *Ut vidit autem Dominus Deus, quod odio haberetur Lia, aperuit vulvam ejus : Rachel autem erat sterilis.* 32. *Et concepit Lia, et peperit filium Jacobo.* Vides solertem Dei sapientiam. Quoniam illa quidem pulchritudine sua conciliarat sibi gratiam viri, hæc vero minime formosa odio haberi visa est : hanc idoneam facit partui, illam vero inutilem ; hæc ambo sua misericordia dispensans ut et hæc per liberos qui ex ea nascebantur solatium haberet, in sui amorem virum alliciens ; et illa ne propter pulchritudinem et formositatem adversus sororem insurgeret. *Et aperuit, inquit, vulvam ejus.* Disce hic, dilecte, Conditorena omnium omnia moderari ac dispensare, et naturam ipsam ad partum excitare, nullamque esse concubitus utilitatem, si absit divina cooperatio. Propterea enim dixit, *Aperuit vulvam ejus,* ut sciamus voluisse Dominum Liam procreandis liberis aptam fieri, quo ejus mœror leniretur. Ipse enim est qui in vulva figurat et animat foetus, sicut et David dicit : *Suscepisti me de utero matris meæ (Psal. 138. 13).* Et vide quomodo monstrat nobis divina Scriptura naturæ Conditorem utraque sua virtute efficientem ; nempe alterius vulvam idoneam reddentem, Rachelis autem constringentem. Siquidem naturæ Dominus cum sit, omnia facile operatur. *Et concepit, inquit, Lia, et peperit filium Jacobo ; vocavitque nomen ejus Ruben, dicens : Quia vidit Dominus visitationem meam, nunc diligit me vir meus.* Vide quam grata mulier dicit : Dominus visa humilitate mea præbuit mihi partum, propter quem diligar. Et specta hic iterum, quomodo Deus muneribus certare contendit cum eo, et beneficia accumulat, simul et justi semen augeri, et hanc magis Jacobo amabilem reddi volens. 33. *Et concepit, inquit, iterum, et peperit filium secundum Jacobo, et dixit : Audivi Dominus quod odio habeor, et apposuit mihi et hunc ; et vocavit nomen ejus Symeon.* Attende quomodo per singulos pueros gratias agit Domino, et ob beneficia gratum animum declarat. *Audivi, enim, inquit, Dominus, quod odio habeor, et apposuit mihi etiam hunc : propterea Vocavit nomen ejus Symeon.*

4. Vidisti quomodo non simpliciter, neque temere nomina natis indiderit? Vocavit enim cum Symeon, quoniam audivit Dominus (a) Nobis siquidem Hebraico idiomate per hoc nomen signatur, quod audita sit. 54. *Et concepit iterum, et peperit filium, et dixit: Nunc temporis apud me erit vir meus; peperit enim ei tres filios: propter hoc vocavit nomen illius Levi.* Videtur mihi hic significari, eam natis duobus filiis nondum potuisse allicere virum, qui adhuc in Rachelem propensior erat: ideo dicit, *Nunc temporis apud me erit vir meus.* Fortassis accessio tertii virum meum reddet benevolam, et melius mihi affectum. Ecce enim tres filios ei peperit. 55. *Et concepit adhuc filium, ac peperit, et dixit: Nunc adhuc istud confitebor Domino: propterea vocavit nomen ejus Judam.* Quid est, *Istud confitebor Domino? Confitebor* hic idem est ac, *Gratias agam, et glorificabo eum, quia et quartum mihi adjecit filium, et tantam mihi abundantiam concessit: et quæ ob corporis deformitatem de viri erga me benevolentia periclitatura eram, nunc procreatione filiorum a Deo mihi data, et mæroris excessu discusso, me, quæ ob deformitatem odio habebam, consolatus est, odiumque transtulit in sororem meam. Ut peperit autem Judam, inquit, cessavit parere.* 1. *Cum autem vidisset Rachel quia non peperisset Jacobo, amulata est Liam sororem suam, et dixit Jacobo, Da mihi filios: sin minus, moriar ego (Cap. 30).* Inconsiderata et mulieris est hæc petitio animæque zelotypia impugnatæ, *Da mihi filios.* Non audisti, quod non viri concubitus illi partum præbuerit, sed Dominus Deus: qui *Ut vidit, inquit, quod odio haberetur, aperuit vulvam ejus?* Quare a viro petis ea quæ supra naturam sunt, et relicto naturæ Domino virum arguis, qui ad hoc nihil conferre tibi poterit? *Da mihi filios: sin minus, moriar ego.* Grave malum est zelotypia, et desinit in insipientiam: id quod et huic evenit. Videns enim chorum filiorum sororis, et cogitans suam solitudinem, non ferebat hanc contumeliam, neque continere poterat cogitationem quæ se turbabat, sed illa insipientiæ plena verba loquebatur: *Da mihi filios: sin minus, moriar ego.* Fortassis vidit viri erga illam amorein, et putabat ea de causa illam tot filios tribuisse, et se nondum peperisse: unde dicit, *Da mihi filios.* Deinde terrere volens virum, subdit: *Quod si minus, moriar ego.* Quid igitur pius et religiosus Jacob? 2. *Succensuit, inquit, ad verba hæc, et dixit ei: Numquid pro Deo ego sum, qui fructu ventris te privavit? Quare derelicto naturæ Domino reprehensionem mihi inducis? Ille est qui privavit te fructu ventris. Quare non ab illo petis, qui potest aperire naturæ officinam, et sæcundam facere vulvam? Disce igitur illum esse qui te privavit fructu ventris tui, et sorori tuæ tantam sæcunditatem præstitit. Ne igitur a me quæras quæ præbere non possum, et quorum non sum dominus. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, majorcm erga te benevolentiam habens. At quando etiamsi in infinitum majori te*

(a) A voce namque יָמַעְאָו *audivit*, derivatur יָמַעְאָו: *ymeon*.

complectar benevolentia, nihil tibi in hoc prodesse potero, ab illo quære, qui et sterilitatem asserre et solvere potest. Vide justi prudentiam, quomodo etiam ob illius dicta succensens, responsum illi dat sapientissimis verbis: docens diligenter omnia, causamque manifestans, ut non relicto Domino quærat ab alio ea quæ ille solus præstare potest. Igitur ut didicit quod sterilis facta esset a Deo, et videns sororem liberis florere, vel mediocri solatium requirens, dicit ad Jacob: *Quoniam nunc docuisti me non culpa tua liberis carere, saltem ancillam meam accipe, filiosque ex ea procrea, ut parvum aliquod solatium invenire possim, ea mihi vindicans quæ ab illa nascentur.* 4. *Et dedit ei, inquit, Ballam ancillam suam uxorem: 5. et intravit ad eam; et concepit, et peperit filium Jacobo, 6. et dixit Rachel: Judicavit mihi Deus, et exaudivit vocem meam, deditque mihi filium. Propter hoc vocavit nomen ejus Dan (a).* Habuit aliquo modo pariente ancilla vel brevem consolationem: ideo ipsa nomen puero imponit, gratiasque agit Domino pro nato. 7. *Et concepit, inquit, iterum Balla, et peperit filium; 8. et dixit Rachel: Adjuvat me Deus, et conversata sum cum sorore mea, et invalui. Et vocavit nomen ejus Nephthalim.* Et didicit postea manifeste per ancillam, Jacobum non in causa fuisse quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educavit, et nomina eis imposuit, maximam inde sibi ipsi consolationem esse rata. 9. *Ut autem vidit Lia quod cessasset parere, et ipsa ancillam suam Zelpham dedit Jacobo uxorem: 10. et concepit, et peperit, 11. Et dixit Lia: Fortunata fui, hoc est, Voti compos facta sum. Et vocavit nomen ejus Gad.* Et quoniam reipsa evenit quod optabat, vocavit nomen ejus Gad. 12. *Et concepit adhuc, et peperit alium: 13. dixitque Lia: Beata ego, quia beatam me dicent mulieres: et vocavit nomen ejus Aser.*

5. Vidisti quomodo et hæc natos ex ancilla ut sibi proprios haberet, et beatam se esse dicat, et beatitudine dignam ob procreationem filiorum. Sed vide ea quoque quæ post hæc gesta sunt, ut discas quomodo zelotypiæ affectio huc et illuc transibat, et nunc hæc, nunc illa impugnabatur. 14. *Et ivit, inquit, Ruben in diebus messis triticeæ, et invenit mala mandragorarum in agro, et attulit ea matri suæ. Dixitque Rachel Lia: Da mihi de mandragoris filii tui. 15. Dixit autem Lia: Non satis tibi quod accepisti virum meum? num et mandragoras filii mei accipies? Vides quomodo agritudinem animi verbis manifestam facit? *Non satis tibi, inquit, quod accepisti virum meum? num et mandragoras filii mei accipies? Dixit autem Rachel: Non sic: dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filii tui.* Da mihi de mandragoris, et accipe hodie tecum virum (b). Vide quomodo exhibetur affectui Rachelis omnino deditus. Nam si tanto choro filiorum Liæ nato, fuit ad-*

(a) Hebraice יָדָן. Radix est יָדָן, *judicavit*. Huic nomen puero datum, ut in textu dicitur.

(b) Existimavit vetus interpret hæc verba ex textu biblico esse. Sed sunt a Chrysostomo adjecta explicatiois causa.

δ. Εἶδες πῶς οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυγεν, οὐδὲ τὰς ὀνομασίας τοῖς τιετομένοις ἐπιτίθει; Ἐκάλεσε γὰρ αὐτὸν Συμεὼν, ἐπειδὴ ἤκουσε Κύριος. Τοῦτο γὰρ ἐρμηνεύεται τὸ ὄνομα τῆ Ἑβραϊκῆ διαλέκτῳ, ὅτι ἠκούσθη. *Και συνέλαβεν ἔτι, καὶ ἔτεκεν υἱόν, καὶ εἶπεν· Ἐν τῷ νῦν καιρῷ πρὸς ἐμοῦ ἔσται ὁ ἀνὴρ μου· τέτοκα γὰρ αὐτῷ τρεῖς υἱοὺς· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῷ Λευὶ. Δοκεῖ μοι ἐνταῦθα αἰνίττεσθαι, ὅτι καὶ τῶν δύο τεχθέντων οὐδέπω ἴσχυσαν εἰς τὴν περὶ αὐτὴν διάθεσιν ἐφελκυσσάσθαι τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ἔτι ὄλωσ ἦν πρὸς τὴν Ῥαχὴλ νενευκῶς· διὰ τοῦτο φησιν· Ἐν τῷ νῦν καιρῷ πρὸς ἐμοῦ ἔσται ὁ ἀνὴρ μου. Τάχα, φησὶ, κἀν ἡ προσθήκη τοῦ τρίτου παρασκευάζει τὸν ἄνδρα εὐνοικῶς περὶ ἐμὲ διατεθῆναι. Ἰδοὺ γὰρ αὐτῷ τέτοκα τρεῖς υἱοὺς. *Καὶ συλλαβοῦσα ἔτι, ἔτεκεν υἱόν, καὶ εἶπε· Νῦν ἔτι τοῦτο ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ· διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰούδας. Τί ἔστι· Τοῦτο ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ; Τὸ Ἐξομολογήσομαι ἐνταῦθα, εὐχαριστήσω καὶ δοξάσω αὐτὸν ἔστιν, ὅτι καὶ τέταρτον προσθήκαί μοι υἱόν, καὶ τοσαύτην μοι τὴν εὐπορίαν ἔχαρισται· καὶ ὑπερ ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀμορφίας εἰς τὴν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς εὐνοίαν ἐμελλον καταβάλλεσθαι, τοῦτο ἡ τέκνων παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας χαρισθέντων μοι γονὴ διωρθώσατο, καὶ τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπερβολὴν διςκοιδίωσα. τὴν διὰ τὴν ἀμορφίαν μισουμένην παραμυθησάμενος, καὶ μεταστήσας τὸ μῖσος εἰς τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν. *Τεκνοῦσα δὲ, φησὶ, τὸν Ἰούδα, ἔστη τοῦ τέκνου· Ἰδοῦσα δὲ Ῥαχὴλ, ὅτι οὐ τέτοκε τῷ Ἰακώβ, ἐξήλωσε τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ εἶπε τῷ Ἰακώβ· Δός μοι τέκνα· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγώ. Ἀπερίσκεπτος ἡ αἰτησις καὶ γυναικῶδες, καὶ ψυχῆς ὑπὸ τῆς ζηλοτυπίας πολιορκουμένης· Δός μοι τέκνα. Οὐκ ἤκουσας ὅτι οὐχ ἡ τοῦ ἀνδρὸς συνουσία ἐκείνη τὸν τόκον παρέσχεν, ἀλλὰ Κύριος ὁ Θεός, ὁ Ἰδῶν, φησὶν, ὅτι μισθεῖται, ἤρριξε τὴν μίσην αὐτῆς; Τίνος οὖν ἔνεκεν τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἀπειτεῖς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς; καὶ καταλιποῦσα τὸν τῆς φύσεως Δεσπότην, τῷ ἀνδρὶ ἐγκαλεῖς τῷ μηδὲν πρὸς τοῦτο συμβάλλεσθαι σοι δυναμένῳ; Δός μοι τέκνα· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγώ. Δεινὸν ἡ ζηλοτυπία κακόν· καὶ γὰρ εἰς ἀφροσύνην ἐκπίπτει· ὁ δὲ καὶ αὐτὴ πέπονθεν. Ὅρῳσα γὰρ τῶν τέκνων τῆς ἀδελφῆς τὸν χορδόν, καὶ τὴν οικίαν ἐρημίαν λογιζομένη, οὐκ ἔφερε τὴν ἐπὶ ῥεῖαν, οὐδὲ κατασεῖν ἡδυνήθη τοῦ ταρπέντουτος αὐτῆν λογισμοῦ, ἀλλ' ἐκείνα τὰ ἀνοίας ἀνάμιστα φθέγγεται ῥήματα, καὶ φησὶ· Δός μοι τέκνα· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγώ. Ἴσως εἶδε τοῦ ἀνδρὸς τὸν περὶ αὐτὴν πόθον, καὶ νομίζουσα παρὰ τὴν ἐκείνου αἰτίαν κακείνην τοσοῦτου; ἐζηλεύει· παῖδας, καὶ αὐτὴν μηδέπω τιετοκάναι, φησὶ· Δός μοι τέκνα. Ἐῖτα ζοθήσῃ βουλομένη τὸν ἄνδρα, ἐπάγει· Εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγώ. Τί οὖν ὁ φιλόθεος Ἰακώβ; Ἐυημῶθη. [145] φησὶ, πρὸς τὰ ῥηθέντα, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Μὴ ἀντι Θεοῦ ἐγὼ εἰμι, ὅς ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας; Τί, φησὶ, καταλιποῦσα τὸν Δεσπότην τῆς φύσεως, τὴν μέμψιν ἐμοὶ ἐπάγεις; Ἐκείνός ἐστιν ὁ ἀποστερήσας σε τοῦ καρποῦ τῆς κοιλίας. Διὰ τί μὴ παρ' ἐκείνου ζητεῖς, τοῦ δυναμένου διανολεῖαι τῆς φύσεως τὸ ἐργαστήριον, καὶ διεγείρει τὴν μήτραν πρὸς γονήν; Μάνθανε τοίνυν ὅτι ἐκείνος ὁ σὲ στερήσας τοῦ καρποῦ τῆς κοιλίας, καὶ τῆ ἀδελφῆ τῆ σῆ τὴν τοσαύτην εὐπορίαν ἔχαρισται. Μὴ τοίνυν παρ' ἐμοῦ ζῆται, ἀ μὴ δύναιμαι παρασεῖν, καὶ ὦν οὐκ εἰμι κύριος. Εἰ γὰρ ἐπ' ἐμοὶ τοῦτο ἦν, πάντως ἄν σε τῆς ἀδελφῆς προετίμησα, τὴν πλεῖονα εὐνοίαν περὶ σὲ κακτημένος Ἐπειδὴ δὲ, κἀν μυριάκις ὡ εὐνοικῶς περὶ σὲ διακείμενος, οὐδὲν σοι πρὸς τοῦτο συμβάλ-***

α Ἦσεν apud Sav. vitiosa sunt hoc pacto: τὴν γὰρ διὰ τὴν ἀμορφίαν μισουμένην με πρὶν, νῦν αὐτὸς ἐστίται παραμυθησάμενος. Coisi. τὴν ἀθυμίαν, ἣν εἶχον διὰ τὴν ἀμορφίαν μισουμένην, παραμυθησάμενος, etc.

λεσθαι δυνήσομαι, παρ' ἐκείνου ζῆται τοῦ καὶ τὴν πείρωσιν ἐπάγοντος, καὶ ταύτην λύσαι δυναμένου. Ὅρα τοῦ δικαίου τὴν σύνεσιν, ὅπως καὶ εἰς θυμὸν ἐξενεχθεὶς ἐκ τῶν παρ' αὐτῆς ῥηθέντων, μετὰ πολλῆς τῆς σοφίας τὴν πρὸς αὐτὴν ἀποκρίσιν ποιεῖται, μετὰ ἀκριβείας αὐτὴν πάντα διδάσκων, καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῆ δηλῆν ποίων, ἵνα μὴ καταλιποῦσα τὸν Δεσπότην, παρ' ἑτέρου ζητῆ, ἄπαρ ἐκείνος μόνος παρασεῖν δύναται. Μαθούσα τοίνυν ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ τίετεις ἀπεστέρηται, καὶ ὄρῳσα τὴν ἀδελφὴν κομωσάν τὰς τέκνας, μετρίαν γοῦν παραμυθίαν πορίζομένη, φησὶ τῷ Ἰακώβ· Ἐπειδὴ νῦν με ἐδίδαξας, ὅτι οὐ παρὰ τὴν σὴν αἰτίαν ἀτεκνος ἐγὼ τυγχάνω, κἀν τὴν παιδίσκην μου λαθὼν, τεκνοποίησον ἐξ αὐτῆς, ἵνα κἀν βραχείαν παραμυθίαν εὐραῖν δυνήθῃ, τὰ παρ' αὐτῆς τιετοκόμενα οικαιουμένη. *Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, φησὶ, Βάλλαν τὴν παιδίσκην αὐτῆς αὐτῷ γυναικῶ· καὶ ἐσηῆλθε πρὸς αὐτὴν· καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκε τῷ Ἰακώβ υἱόν· καὶ εἶπε Ῥαχὴλ· Ἐπιτρέ μοι ὁ Θεός, καὶ ὑπήκουσε τῆς φωνῆς μου, καὶ ἔδωκέ μοι υἱόν. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Δᾶν. Βραχείαν γοῦν ἔσχε παράκλησιν τεκούσης τῆς παιδίσκης. Διὰ καὶ αὐτὴ τὴν προσηγορίαν ἐπιτίθησι τῷ παιδί, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ Δεσπότη ὑπὲρ τοῦ τεχθέντος. *Καὶ συνέλαβε, φησὶν, ἔτι Βάλλαν, καὶ ἔτεκε· καὶ εἶπε Ῥαχὴλ· Συναντελέθετό μοι ὁ Θεός, καὶ συναναστρέψαται τῇ ἀδελφῆ μου, καὶ ἡδυνήθη. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Νεφθαλίμ. Καὶ ἐμάνθανε λοιπὸν διὰ τῆς παιδίσκης σαφῶς, ὅτι οὐχ ὁ Ἰακώβ αἴτιος αὐτῆ τῆς ἀτεκνίας ἐγένετο. Διὰ καὶ τοὺς τεχθέντας ὡς οικίους παῖδας ἀνατρέφει. καὶ τὰς προσηγορίας ἐπιτίθησι, μεγίστην αὐτῆ παραμυθίαν ἐντεῦθεν ἐπινοήσασα. Ἰδοῦσα δὲ, φησὶν, Λεία, ὅτι ἔστη τοῦ τέκνου, καὶ αὐτὴ τὴν παιδίσκην τὴν Ζέλιαν ἔδωκε τῷ Ἰακώβ εἰς γυναικῶ· καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκε. Καὶ εἶπε Ῥαχὴλ· Τετύχηκα, ἀντι τοῦ, Ἐπέτυχον τοῦ σκοποῦ. *Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Γᾶδ. Καὶ ἐπειδὴ εἰς ἔργον ἐσηῆθεν αὐτῆ τὸ σπουδασθὲν, ἐπινυμᾶσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Γᾶδ. *Καὶ συνέλαβεν ἔτι, καὶ ἔτεκεν ἕτερον· καὶ εἶπε Λεία· Μακαρία ἐγώ, [546] ἔτι μακαριοῦσί με αἰ γυναικῶ· καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἀσήρ.****

ε. Εἶδες καὶ ταύτην τοὺς παρὰ τῆς παιδίσκης τεχθέντας πῶς ψικιῶσατο, καὶ μακαρίαν αὐτὴν εἶναι λέγει καὶ μακαρισμοῦ ἀξίαν ἐπὶ τῷ τόκῳ τῶν παλῶν; Ἄλλ' ὅρα μοι πάλιν τὰ μετὰ ταῦτα, ἵνα μάθῃς ὅπως τὸ τῆς ζηλοτυπίας πάθος ἐντεῦθεν ἐκαί. κακείθεν ὡδε μετέβαινε, καὶ ποτὲ μὲν ἐκείνη τοῦτω ἐπολιορκεῖτο, ποτὲ δὲ αὐτῆ. Ἐπορεύθη δὲ, φησὶ, Ρουβὴν ἐν ἡμέραις θερισμοῦ πυρῶν, καὶ εὐρε μῆλα μανδραγορῶν ἐν τῷ ἀγρῷ, καὶ ἤρρακεν αὐτὰ τῇ μητρὶ αὐτοῦ. *Καὶ εἶπε Ῥαχὴλ τῷ Λεία· Δός μοι τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ σου. Εἶπε δὲ Λεία· Οὐχ ἰκανόν σοι δεῖ εἶλας τὸν ἄνδρα μου; μὴ καὶ τοὺς μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ μου λήψῃ; Ὅρῳς πῶς τὸ πάθος τῆς ψυχῆς διὰ τῶν βημάτων καταδύθηνοι ποιεῖ; Ὅχι ἰκανόν σοι, φησὶν, ὅτι εἶλας τὸν ἄνδρα μου; μὴ καὶ τοὺς μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ μου λήψῃ; Εἶπε δὲ Ῥαχὴλ· Οὐχ οὕτω κοιμηθήτω ἐν μετὰ σοῦ τὴν νύκτα ταύτην ἀντι τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ σου. Δός μοι τῶν μανδραγορῶν, καὶ λάβε σήμερον μετὰ σοῦ τὸν ἄνδρα. Ὅρῳς πῶς δεῖκνυται ὄλωσ τῆ εὐνοίας τῆς Ῥαχὴλ προσκεκόμενος; Εἰ γὰρ καὶ τοσοῦτων παίδων χορδόν*

b Savil. et quinque mss. καὶ ἐπινυμᾶσαι τὸ ὄνομα. H^o Chrysostomus in textu biblico legit τετύχηκα. At in Illustis τῶν O' legimus ἐν τύχη. In Hebræo legitur תצא cum Camels sub prima littera secundum Massoretas, qui notant in margine legendum esse תצא quasi lectionem sequitur Aquila qui vertit ἦλθεν ἡ ζωσις. Symmachus quoque ut in Coisl. codice fertur, Massoreticæ lectioni favel, ἦλθεν Γᾶδ παρατήριον, venit Gād prædicatorum manus; LXX τῶ. I^o vertunt, ut τὸ præpositionis loco habeant, et τῶ τύχην fortunam significare putent. Hier. vertit, felicitat.

τακτώσης τῆς Λαίας, εἰ πρὸς τὴν Ῥαχὴλ ἦν προσκείμενος τῇ εὐνοίᾳ, εἰ μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, πῶ; ἂν ἐνεγκεῖν ἢ Λαία ἤδυσθη τὴν μεταλῆς ἀδελφῆς συνοίκησιν; Ὡς γὰρ ἐξουσία ἔπασαν ἔχουσα τοῦ ἀνδρὸς, οὕτω προείται τῶν μανδραγορῶν τὸν ἄνδρα, καὶ φησι· *Κοιμηθήτω σήμερον μετὰ σοῦ ἀρετῆ τῶν μανδραγορῶν*. Πλήρωσόν μου, φησὶ, τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἐπὶ τοῖς μανδραγοραῖς, καὶ δέχου τὸν ἄνδρα. *Παραγενομένου δὲ τοῦ Ἰακώβ, ἐξελθοῦσα εἰς συνάντησιν ἢ Λαία εἶπε· Πρὸς ἐμὲ εἰσελεύσῃ σήμερον· μάλιστα γὰρ σε σήμερον ἀρετῆ τῶν μανδραγορῶν τοῦ υἱοῦ μου. Καὶ ἐκοιμήθη, φησὶ, μετὰ αὐτῆς τὴν νύκτα ἐκείνην. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς Λαίας, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὴν πέμπτον υἱόν. Καὶ εἶπε Λαία· Ἐδωκέ μοι ὁ Θεὸς τὸν μισθόν μου, ἀρθ' οὐ ἔδωκα τὴν παιδίσκην μου τῷ ἀνδρὶ μου. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαχάρ, ὃ ἐστὶ μισθός. Ἐπήκουσε, φησὶ, ὁ Θεὸς τῆς Λαίας. Ἐπειδὴ εὐρα κατώδυνον αὐτὴν οὖσαν καὶ παρευδοκίμουμένην, ἐπήκουσεν αὐτῆς ὁ Θεός, καὶ ἔτεκε καὶ εἶπεν· Ἐκοιμήσῃ μισθὸν ὑπὲρ ὧν ἔδωκα τὴν παιδίσκην μου. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε αὐτὸν Ἰσαχάρ. Καὶ συνέλαβεν εἰ, καὶ ἔτεκε υἱὸν ἕκτον. Καὶ εἶπε Λαία· Δεδώρηται μοι ὁ Θεὸς δῶρον καλόν. Ἐν τῷ νῦν καιρῷ ἀρετιεῖ με ὁ ἀνὴρ μου· τέτοκα γὰρ αὐτῷ υἱόν. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ζαβουλών. Λοιπὸν, φησὶ, ἐπέραστο ἔσομαι κατὰ ἀνδρὶ μου· ἔτεκεν γὰρ ἕξ υἱούς. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ζαβουλών. Ἐτεκε δὲ καὶ θυγατέρα, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῆς Δαίνα. Ἐμνήσθη δὲ ὁ Θεός, φησὶ, τῆς Ῥαχὴλ, καὶ ἐπήκουσεν αὐτῆς, καὶ ἠνοιξεν αὐτῆς τὴν μήτραν. Καὶ συνέλαβε, καὶ ἔτεκε τῷ Ἰακώβ υἱόν. Εἶπε δὲ Ῥαχὴλ· Ἀρξίλέ μου ὁ Θεός τὸ δίδουσα· Προσθέτε μοι ὁ Θεός υἱόν ἕτερον. Ἀρξίλέ μου, φησὶ, ὁ Θεός τὸ δίδουσα· ἔλυσε τὴν στενωπὴν, [547] κατηλάγη, καὶ διήγειρέ μου πρὸς παιδοποιίαν τὴν μήτραν, καὶ ἠλευθέρωσέ με τοῦ οὐνεισμοῦ. Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωσήφ, λέγουσα· Προσθέτε μοι ὁ Θεός υἱόν ἕτερον. Ὅρξῃ πῶς αἰ τοῦ Θεοῦ ὑποσχέσεις κατὰ μικρὸν εἰς ἔργον ἐξήρισαν; Ἴδου γὰρ ἀθρόον πῶσον παίδων χορὸν ὁ δίκαιος ἔσχε διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτὸν πρόνοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν τὴν ὑπομονὴν ἐπέδειξάτο ἐν δεκατέσσαρσιν ἔτεσι τὴν δουλείαν ἀσπαζόμενος, διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῶν ὄλων Θεὸς ἀμειβόμενος τοῦ δικαίου τὸ φιλόθεον, εἰς τοσοῦτον αὐτὸν αὐξηθῆναι παρεσκεύασαν, ὡς ἐπίφθονον γενέσθαι λοιπῶν, ὡς ἐκ τῶν ἐξῆς μαθησόμεθα, οἷς ἐβουλόμην ἐπιξελεῖν.*

ζ'. Ἄλλ' ἵνα μὴ εἰς πολὺ μῆκος τὸν λόγον ἐκτείνοντες παρενοχλεῖν δόξωμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, εἰ δοκεῖ, τὰ λειπόμενα εἰς τὴν ἐξῆς ταμειουσάμενοι, τὸν λόγον ἐνταῦθα καταπαύσωμεν, ἐκεῖνο παραινέσαντες ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, μεμνησθαι τῶν εἰρημένων, ζηλοῦν τῶν παλαιῶν τὴν ἀρετὴν, οὕτω τοὺς παῖδας ἑαυτῶν ἐκιδόναι, οὕτω τὰς θυγατέρας τοῖς νυμφίοις παραδιδόναι, οὕτω διὰ τῆς οἰκειότητος ἀρετῆς τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐνοίαν ἐπισπάσασθαι. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος ἡμῖν εὐμενὴς ᾖ, καὶ ἐπ' ἄλλοτριᾶς ὤμεν, καὶ πάντων ἐρημοί, καὶ μὴδὲν γινώριμοι, πάντων ἐσόμεθα περιφανέστεροι. Ὑβδὲν γὰρ μακαριώτερον ἀνδρὸς ὑπὸ τῆς ἀνωθεν χάριτος βοηθομένου. Ἐκείνης γὰρ ἀπολαύων τῆς συμμεχίας καὶ ὁ μακάριος Ἰακώβ ἐπὶ τοσαύτην κατὰ μικρὸν ἠδύσθη περιφάνειαν, ὡς καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑποδεικνυμένοις ἐπίφθονοι γενέσθαι. Τοῦτε τοίνυν καὶ

* Eritum erat μετὰ τὸν ἄνδρα. Pra positionem delevimus. Morel., Savil., et serie postulantibus. Enr.

ἡμεῖς σπουδάζωμεν, ὥστε τῆς ἐκείθεν ἀξιοῦσθαι βοηθείας, καὶ μὴ πρὸς τὰς ἀνθρωπίνως καταφεύγωμεν δυναστείας, μηδὲ τὴν τούτων προστασίαν διώκωμεν· οὐδὲν γὰρ ταύτης ἐπισημότερον· καὶ τοῦτο ἡ πείρα τῶν πραγμάτων ἡμᾶς ἰκανῆ διδάξει. Καὶ γὰρ ὁρώμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν δευρρόπους τὰς μεταβολὰς, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον ἅπαντα περιτρεπόμενα, καὶ τὸν ἐν τῇ ἀνωτάτῃ εὐημερίᾳ πρὸ μικροῦ τυγχάνοντα, ἀθρόον εἰς ἐσχάτην δυσπραγίαν καταφερόμενον, καὶ τὰ τῶν καταδίκων πολλάκις ὑπομένοντα. Ποίας οὖν ἂν εἴη παρανοίας τούτων μεταδιώκειν τὴν προστασίαν τῶν ἐν τοσαύτῃ ἀδηλίᾳ τυγχάνοντων, καὶ οὐδὲ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἰκανῶν ὄντων μετὰ ἀσφαλείας διαθεῖναι; Διὰ πάσης μὲν ἀνθρωπίνης προστασίας ἑαυτοὺς ἀποστησόμεν, μεμνημένοι καὶ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἐπικατάρατος ἀνθρώπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἀνθρώπων. Ὅρξῃ ὅτι ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον ἀνόητος, ἀλλὰ καὶ ἐπικατάρατος, ἅτε δὴ καταλιπὼν τὸν τῶν ἀπέντων Δεσπότην, καὶ πρὸς τὸν ὀμόδουλον τρέχων, τὸν οὐδὲ ἑαυτῷ ἀρκέσαι δυνάμενον; Φεύγωμεν τοίνυν τὴν κατάραν ταύτην, παρακαλῶν, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἐπὶ τὸν Θεὸν μεταστήσωμεν. Ἄσθη γὰρ βεβαία καὶ ἀκίνητος καὶ μεταβολὴν οὐκ ἐπιδεχομένη, καθάπερ ἡ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἡ γὰρ θάνατος ἐνταῦθα διέκοψε τὴν προστασίαν, καὶ γυμνοῖ; καὶ ἐρήμους γενέσθαι παρεσκεύασε τοὺς ἐπὶ τούτων καταφεύγοντας· ἢ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου μεταβολὴν πραγμάτων ἐπελλοῦσα, ἅπαντα ἄκρυα ἄμφοιν ψεποίησε. Καὶ τούτων τῶν παραδειγμάτων πᾶς γέμει ὁ βίος. Διὸ οὐδὲ συγγνώμης εἶσιν ἄξιοι, οἱ μετὰ τὴν τοσαύτην πείραν ἐπὶ ἀνθρωπίνῃ [548] προστασίᾳ προστετηκότες, καὶ πολλάκις ὑπ' αὐτῶν δοκούντων εἶναι προστατῶν τὰ μυρία δευρὶ ὑπομένοντες. Τοσαύτη γὰρ τῆς κακίας ἡ ὑπερβολή, ὡς καὶ τοὺς θεραπειούσας τοῖς ἐναντίοις ἀμειβεσθαι. Ἐπὶ δὲ τοῦ τῶν ὄλων Θεοῦ ἅπαν τούναντιον· καὶ ἀγνωμονοῦντας ἡμᾶς ἐκάστοτε εὐεργετῆ^β, καὶ τὴν οἰκειαν ἀπονέμει προστασίαν, οὐ πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄρων ἀγνωμοσύνην, ἀλλὰ τὴν οἰκειαν ἐν ἅπασιν φιλανθρωπίαν μιμούμενος· ἢς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαύσαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἕμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

OMIAIA NZ'.

Ἐγένετο δὲ, ὡς ἔτεκε Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, εἶπερ ὁ Ἰακώβ τῷ Ἀδὰμ· Ἀπόστειλόν με, ἵνα ἀπέλω εἰς τὸν τόπον μου καὶ εἰς τὴν γῆν μου.

α'. Τὰ λειπόμενα τῶν ἄλλων εἰρημένων ἀναγκαῖον ἀποδοῦναι σήμερον τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐκ τῶν νῦν λεγομένων καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίαν, ἣν περὶ τὸν Ἰακώβ ἐπέδεικνυτο, καὶ τὸ τοῦ δικαίου φιλόθεον καταμαθόντες, ζηλώσωμεν τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετὴν. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς ἡμῖν τὰς ιστορίας ταύτας ἀναγράφους ἢ τοῦ Πνεύματος χάρις γενέσθαι παρεσκεύασαν, ἀλλ' ἵνα πρὸς μίμησιν ἡμᾶς διεγείρη καὶ ζῆλον τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν. Ὅταν γὰρ ἀκούσωμεν τοῦ μὲν τὴν ὑπομονὴν, τοῦ δὲ τὴν σωφροσύνην, ἐτέρου τὸ περὶ τὴν φιλοξενίαν ἔτοιμον, καὶ ἐκάστου τὴν πλελλὴν ἀρετὴν, καὶ ὅπως τούτων ἕκαστος διέλαμψε καὶ περιφανέστερος γέγονεν, εἰς ὅμοιον διεγειρόμεθα ζῆλον. Φέρε οὖν καὶ τὰ λειπόμενα τῆς κατὰ τὸν δίκαιον τούτων ιστορίας σήμερον ἐπελθόντες, τέλος ἐπιθῶμεν τῷ λόγῳ. Ἐγένετο δὲ, φησὶ, ὡς ἔτεκε Ῥαχὴλ τὸν Ἰωσήφ, εἶπερ Ἰακώβ τῷ Ἀδὰμ· Ἀπόστειλόν με, ἵνα

^β See mss. ἡμᾶς; ἐπ' ἐκάστου; εὐεργετῆ.

huc amore magis propensus in Rachelem : si hoc non fuisset factum, quomodo ferre potuisset Lia sororis contubernium? Ut enim omnem vtri potestatem habens, ita permittit ei pro mandragoris virum, et dicit: *Dormiat hodie tecum pro mandragoris.* Satisfac, inquit, meo desiderio, et accipe virum. 16. *Adveniente autem,* inquit, *Jacob, egressa in occursum ejus Lia dixit : Ad nus ingredieris hodie; mercede enim conduxi te mihi pro mandragoris filii mei : et dormivit cum ea nocte illa.* 17. *Et exaudivit Deus Liam, et concepit et peperit Jacobo quintum filium.* 18. *Et dixit Lia : Dedit mihi Deus mercedem meam, eo quod dedi ancillam meam viro meo. Et vocavit nomen ejus Isachar, quia est merces. Exaudivit, inquit, Deus Liam.* Quia videbat eam dolentem, neque valde marito acceptam, exaudivit eam, inquit, Deus, et peperit, ac dixit : Tuli mercedem, eo quod dedi ancillam meam. Propterea vocavit nomen ejus Isachar. 19. *Et concepit adhuc Lia, et peperit filium sextum.* 20. *Et dixit Lia : Donavit mihi Deus donum bonum. Nunc temporis me eliget vir meus; peperit enim ei filios sex. Et vocavit nomen ejus Zabulon.* Posthac, inquit, amabilis ero et ego, quia peperit sex filios. Ideo vocavit nomen ejus Zabulon. 21. *Peperit autem et filiam, et vocavit nomen ejus Dina.* 22. *Recordatus est autem Deus Rachelis, et exaudivit eam, et aperuit ejus vulvam.* 23. *Et concepit, et peperit filium Jacobo. Dixit autem Rachel : Abstulit a me Deus opprobrium meum.* 24. *Et vocavit nomen ejus Joseph, dicens : Apposuit mihi Deus filium alium. Abstulit a me, inquit, Deus opprobrium; solvit sterilitatem : propitius factus est mihi, et idoneam fecit ad procreandum filios vitram, liberamque me fecit ab opprobrio meo. Et vocavit nomen ejus Joseph, dicens : Apposuit mihi Deus filium alium.* Vides quomodo paulatim promissiones Dei in opus egressæ sunt? Ecce enim quantum repente chorum filiorum circa se habuit justus, propter manifestam Dei erga se providentiam. Quoniam enim magnam pre se tulit patientiam, quatuordecim annis servitutum ferens, propterea et universorum Dominus remunerans justis pietatem, in tantum eum crescere fecit, ut et posthac invidiosus aliis fieret, sicut ex sequentibus discemus, quæ vellem pertractare.

6. *Moralis epilogus; humanum auxilium non querendum.*—Verum ne prolixius sermonem extendamus, neve molestus esse videar caritati vestræ, si placet, quæ reliqua sunt in sequentem concionem reservaturi, finiamus hic sermonem, illud interim caritatem vestram admonentes, ut eorum quæ dicta sunt memores, imitemini priscorum virtutem, filias elocando, pueros nuptui tradendo, vestra virtute Dei gratiam conciliare vobis studendo. Nam cum ille nobis amicus fuerit, etiamsi in aliena terra fuerimus, etiamsi ab omnibus destituti, etiamsi nullis cogniti, omnibus erimus clariore. Nihil enim beatius viro superna manu adjuto. Etenim beatus Jacob illo fretus præsidio, in tantam paulatim gloriam evectus est, ut et iis qui tam amice exceperant, invidiosus sit factus. Hoc igitur et nos studeamus, ut supernum acquiramus auxilium, et non ad humanos confugia-

mus principatus, neque illorum præsidium sectemur : nihil enim periculosius; id quod rerum experientia satis discimus. Etenim videmus quotidie res se tanta velocitate ad mutationem inclinare, et verti in diversum omnia, eumque qui in summa prosperitate paulo ante erat, subito in extremam infelicitatem dejici, ac reum sæpe agi. Quantæ igitur insipientiæ fuerit, horum querere præsidium, qui in tam incerto statu versantur, ac ne sua quidem possunt in tuto collocare? Ideo ab omni humano præsidio desistamus, memores etiam prophetæ dicentis : *Maledictus homo, qui spem ponit in homine (Jer. 17. 5).* Vides talem hominem non solum insipientem, sed etiam maledictum esse : utpote qui relicto Domino omnium, ad conservum currit, qui semetipsum juvare nequit? Fugiamus igitur maledictionem hanc, oro, et omnem spem in Deum transferamus. Ista enim solida est et immobilis et nescia vicissitudinis, cujus plena est illa quam in hominibus habemus. Vel enim mors tollit humanum præsidium, et eos qui ad hoc confugiunt, solitarios nudosque relinquit : et vel etiam ante mortem mutatio rerum ambobus omnia vana reddit. Plena est hæc vita exemplis talibus. Ideo ii post tantam experientiam nulla venia sunt digni, qui adhuc humano nituntur præsidio, et sæpe ab illis, qui eis opitulari videbantur, infinita mala ferunt. Eousque enim crevit malitia, ut mala rependant etiam iis qui ipsos summo opere colebant. Verum apud universorum Deum secus res se habet; nam licet quotidie ingrati simus, benefacit tamen, suoque præsidio nos non destituit, non ad ingratum nostrum respiciens animum, sed in omnibus pro sua agens clementia : qua nobis omnibus frui concedatur, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simul et Spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LVII.

Factum est autem postquam peperit Rachel Joseph, dixit Jacob ad Laban : Dimitte me, ut abeam in locum meum et in terram meam (Gen. 30. 25).

1. *Accuratam Scripturæ lectionem commendat; Scripturam confert cum gemmis.* — Quemadmodum nihil proficiunt qui seminant, cum secus viam semina jacta fuerint: sic neque proderit is qui dicit, si ad mentem auditorum oratio non feratur, sed sonus vocis in aërem temere diffusus auditorem nulla percepta utilitate relinquat. Hæc autem a me non sine causa dicta sunt vobis, sed ne faciliores tantum sententias appetitis, verum profundiores etiam aggrediamini. Nisi enim jam ad Scripturarum interiora descendamus, dum ad natandum expedita nobis sunt membra, dum acutius cernunt oculi, neque deliciarum humoribus conturbantur, dum constantior est spiritus, ut ne suffocemur, quando descendemus? An cum deliciæ adfuerint, epulæ, ebrietas, et ingluvie redundans mensa? Atqui tum ne moveri quidem facile possumus: tantum deliciarum onus animam gravat. Nonne videtis ut ii, qui pretiosos reperire lapides cupiunt, non in litore sursum sedentes fluctusque numerantes illud inveniunt quod quærunt, sed in profundum ipsum delabuntur; tametsi multus est in quærendo labor, multumque in inveniendo discrimen, et postquam invenerint, lucrum nullum? Quam enim magnam in vitam nostram invehere potest utilitatem lapidum inventio pretiosorum? Utinam ne multas calamitates importaret! Nihil enim aliud vitam subvertit, et sursum ac deorsum cuncta miscet præter hanc pecuniarum insaniam. Verumtamen illi et animam et corpus exponunt quotidiani victus causa, seque fluctibus audacter committunt: hic vero neque discrimen, neque tantus labor est, verum exiguus, et is propter eorum quæ inventa sunt conservationem suscipitur. Nam quæ cum facilitate reperta sunt, nullius pretii multis videntur. Non est in pelago Scripturæ procella fluctuum, sed

quovis portu tranquillius est hoc pelagus : necesse non est in obscuro sinus abyssis se demittere, neque rationis expertum aquarum violentiæ salutem suam committere; sed multa lux hic affulget multo radiis solaribus ipsis splendidior, multa serenitas; omnis procella submota est, et eorum quæ reperiuntur tantum est lucrum, ut ne oratione quidem ulla possit explicari. Ne igitur defatigemur, sed inquisitionem aggrediamur. Audiatis Deum ad imaginem suam hominem condidisse, et quid sit illud, *Ad imaginem et similitudinem*, diximus, nempe non esse substantiæ comparisonem, sed dominatus similitudinem : illud autem, *Ad similitudinem*, indicat mitem ac mansuetum esse oportere, Deoque pro viribus ratione virtutis assimilari, prout ait Christus : *Estote similes Patri meo, qui in cælis est (Matth. 5. 45)*. Ut enim in hac lata et spatiosa terra quædam animalia magis sunt rationis expertia, quædam ferociora : sic in animæ nostræ latitudine quædam sunt a ratione magis alienæ ac belluinæ cogitationes, quædam ferociores et immaniores. Sabigendæ igitur ac domandæ sunt, earumque dominatus rationi committendus. Et qui fieri potest, dicet aliquis, ut belluinam cogitationem quis subigat? Quid ais, mi homo? Leones subigimus, eorumque animas cicures reddimus, et dubitas an cogitationum feritatem ad mansuetudinem possis traducere? Tametsi leoni naturalis est feritas, præter naturam autem mansuetudo; tibi vero contra naturalis est benignitas, feritas vero præter naturam. Ergone qui id expellis quod est naturale, et animæ belluæ inseris quod præter naturam est, in tua ipsius anima quod est naturale non poteris conservare? quis hoc summæ non tribuat negligentia? Nam in leonis quidem anima præter hanc difficultas est altera : est enim experti ratiocinationum anima belluæ. Et tamen leones sæpe videlicet ovis mansuetiores per forum duci, et multi qui in officinis versantur pecuniam eorum custodi numerant tamquam artis mercedem ac peritiæ, qua bellum cicurem reddidit : at in anima tua et ratio est et Dei timor, multumque undique auxilium ostenditur. Ne igitur prætextus et excusationes obtendas. Potes enim, si velis, fieri mansuetus et lenis. *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et dominetur bestiis.*

2. *Gentilium objectioni respondet. Initio ferus homo non timebat.* — Hoc loco insurgunt in nos gentiles, et id falso dici contendunt; non enim nos bestiis dominamur; ipse nobis potius dominantur multumque metum injiciunt. Sane quidem hoc verum non est : sufficit enim ad bestiam abigendam si facies humana comparet : tantus in eas a nobis timor dimanat. Quod sicubi ad se ulciscendas impetum faciant, sive fame cogente, sive quod nos ipsi eas in angustias redigamus, eisque vim inferamus, hoc vero perfectus non est dominatus. Neque enim si quis nostrum vis latronibus impetum facientibus armetur, et ad se ulciscendum se comparet, dominatus appellari res illa potest, sed propriæ salutis tuendæ sollicitudo : atamen non inde quero defensionem, sed aliunde, quam

vobis utile fuerit audisse. Timemus bestias ac reformidamus, atque dominatu excidimus : non nego; imo sponte confiteor : non tamen id mendacem esse Dei legem ostendit. Non cuim ita se res habebant a principio, sed metuebant et tremebant, seque homini tamquam domino submittebant : quoniam autem fiducia et honore excidimus, idcirco illas timeamus. Unde vero id constat? *Adduxit bestias ad Adam Deum, ut videret quid vocaret eas (Gen. 2. 19)* : neque resiliit Adam quasi timore correptus, sed tamquam subditis sibi servis nomina cunctis imposuit. Hoc vero dominatus est indicium. Quamobrem volens etiam Deus per hoc illi suæ potestatis ostendere dignitatem, nomen impositionem ipsi permisit, atque imposita illis nomina in eis ex illo tempore permanserunt. *Omne enim quod vocavit Adam, hoc nomen illis*, inquit. Itaque unum hoc indicium est ab initio feras homini terribiles non fuisse : alterum vero etiam priori manifestius est, serpentis colloquium cum muliere. Nam si terribiles hominibus fuissent bestie, mulier serpente conspecto non mansisset, verum aufugisset; neque consilium admisisset¹, neque tanta cum securitate colloquuta cum illo fuisset, sed confestim ad aspectum ejus obstupefacta profugisset : jam vero et colloquitur, nec reformidat, quod noudum ille timor esset. Postquam autem peccatum intravit, dignitas etiam est ablata. Et sicut inter famulos qui honestiores sunt et clariores, conservis suis terrori sunt, qui autem offenderunt herum, conservos timeant : sic et homini contigit. Nam dum fiducia apud Deum salva mansit, terribilis fuit bestis : postquam autem offendit, etiam ultimos conservorum deiiceps timuit. Quod si hoc ita non sit, ostende tu mihi fuisse terribiles hominibus bestias ante peccatum : atqui non poteris.

Timor bestiarum utilis homini. — Quod si postea subit timor, hoc etiam sollicitudinis Domini est argumentum. Nam si post homini traditi a Deo mandati transgressionem integer in cum a Deo collatus honor mansisset immotus, haud facile a lapsu surrexisset. Quando enim et inobedientes et obedientes pari honore fruuntur, ad improbitatem erudiuntur magis, neque facile a vitio desistant. Si enim jam cum terrores et poenæ ac supplicia imminet, respicere non dignantur, quales fuissent si nihil grave pro suis delictis passi essent? Itaque nobis dominatus ob singularem nostri curam et sollicitudinem a Deo est ablatas. Tu vero hic quoque ineffabilem ejus benignitatem considera. Siquidem Adam totum mandatum violavit, ac legem transgressus est : Deus autem non totum honorem sustulit, neque tota eum potestate dejecit, sed ea dumtaxat ab ejus imperio exemit animalia, quæ non multum ad hujus vitæ subsidium illi conducunt : quæ vero necessaria sunt et utilia, quæque multum inserviunt vitæ nostræ, ea subdita nobis esse permisit. Bonum nobis reliquit armenta, ut voverem trahamus, ut terram sulcemus, ut semina terræ

¹ Reg., *Neque consilium illud durum ei perniciosum admisisset.*

οὐκ ἔστιν ἀνάγκη πρὸς τοὺς ζοφεροὺς τῆς ἀδύσου κολπους κατενεχθῆναι, οὐδὲ ὑδάτων ἀλόγων ῥύμη τὴν τοῦ σώματος ἐπιτρέψαι σωτηρίαν· ἀλλὰ πολὺ μὲν ἐνταῦθα τὸ φῶς, καὶ αὐτῶν τῶν ἀκτίνων φαιδρότερον, πολλὴ δὲ ἡ γαλήνη, πᾶσα δὲ ἐκποδῶν παραχῆ, καὶ τῶν εὐρισκομένων τοσοῦτον τὸ κέρδος, ὅσον οὐδὲ λόγῳ παραστήσαι δυνατόν. Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν, ἀλλ' ἐπιχειρήσωμεν τῆ ζητήσῃ· Ἰκούσατε ὅτι κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· καὶ τί ποτὶ ἔστι τὸ κατ' εἰκόνα τοῦτο καὶ καθ' ὁμοίωσιν εἰρήκαμεν [656] ὅτι οὐκ οὐσίας ἀπαρλλαξίφα, ἀλλ' ἀρχῆς ὁμοίότης· τὸ δὲ, καθ' ὁμοίωσιν, τὸ ἡμερον εἶναι καὶ πρῶτον, καὶ εἰς δύναμιν ἐξομοιοῦσθαι τῷ Θεῷ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον, ὡς φησὶν ὁ Χριστός· *Γίνεσθε ὁμοιοὶ τοῦ Πατρὸς μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Καθάπερ γὰρ ἐν τῇ γῆ τῇ πλατείᾳ καὶ εὐρυχώρῳ ταύτῃ τῶν ζώων τὰ μὲν εἰσιν ἀλογώτερα, τὰ δὲ θηριωδέστερα· οὕτω καὶ ἐν τῷ πλάτει τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, τῶν λογισμῶν οἱ μὲν εἰσιν ἀλογώτεροι καὶ κτηνώδεις, οἱ δὲ θηριωδέστεροι καὶ ἀγριώτεροι. Δεῖ τοίνυν αὐτῶν κρατεῖν καὶ περιγίνεσθαι, καὶ τῷ λογισμῷ τὴν τούτων ἀρχὴν παραδιδόναι. Καὶ πῶς ἂν τις περιγένοιτο λογισμοῦ θηριώδους, φησὶ; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; Τῶν λεόντων περιγινόμεθα, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἡμεροῦμεν, καὶ ἀμφιδάλλεις εἰ λογισμοῦ θηριωδίου πρὸς ἡμερότητα δυνήσῃ μεταβαλεῖν; Καίτοι τῷ λέοντι μὲν κατὰ φύσιν τὸ ἄγριον, παρὰ φύσιν δὲ τὸ ἡμερον· σοὶ δὲ τὸ ἐναντίον, κατὰ φύσιν μὲν τὸ προσηγές, παρὰ φύσιν δὲ ἡ θηριωδία. Ὅ τοίνυν τὸ κατὰ φύσιν ἐκβάλλων, καὶ τὸ παρὰ φύσιν ἐντιθεὶς τῇ τοῦ θηρίου ψυχῇ, ἐν τῇ αὐτοῦ ψυχῇ τὸ κατὰ φύσιν οὐ δυνήσῃ διατηρήσαι; καὶ πόσῃ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο βραθυμία; Καὶ ἐπὶ μὲν τῆς τῶν λεόντων ψυχῆς καὶ ἑτέρα δυσκολία μετὰ ταύτης ἔστι· λογισμῶν γὰρ ἔστιν ἔρημος· ἢ τὸ τοῦ θηρίου ψυχῆ. Ἀλλ' ὅμως ἑώρακατε πολλάκι; λέοντας προβάτων ἡμερωτέρους διὰ τῆς ἀγορᾶς ἀγομένους, καὶ πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἀργύριον πολλάκις κατέβαλον τῷ κατέγοντι, μισθὸν τινα τῆς τέχνης; καὶ τῆς σοφίας, δι' ἧς τὸ θηρίον ἡμέρωσεν· ἐπὶ δὲ τῆς σῆς ψυχῆς καὶ λογισμὸς ἔστι, καὶ Θεοῦ φόδος, καὶ πολλὴ ἰσχυροῦσθαι ἢ βοήθεια. Μὴ τοίνυν σκήψεις μοι λέγε καὶ προφάσεις. Δυνατὸν γὰρ, ἐκ θείας, ἡμερόν σε εἶναι καὶ πρῶτον. *Ποιῶσιν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων*.

β'. Ἐνταῦθα Ἕλληνας ἡμῖν ἐπιφύονται, καὶ φασὶ τὸ λόγιον ψεύδεσθαι· οὐ γὰρ ἡμεῖς ἀρχομεν τῶν θηρίων· αὐτὰ ἡμῶν ἀρχει, καὶ πολλὴν ἡμῖν ἐμβάλλει τὴν ἀγωνίαν. Μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο οὐκ ἀληθές· ἀρκαὶ γὰρ καὶ θῆρας ἀνθρωπίνῃ φανεῖσα ἐκποδῶν ποιῆσαι θηρίων· τοσοῦτος αὐτοῖς ἔστι παρ' ἡμῖν ὁ φόδος. Εἰ δὲ που πρὸς ἄμυναν ὀρηκτεῖεν, ἢ λιμῷ καταναγκάζοντος, ἢ ἡμῶν αὐτῶν στενοχωρούστων πολλάκις, καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐκβαλλομένων· αὐτὰ, τοῦτο οὖν οὐκ ἂν εἴη ἀρχῆς ἀπρητισμένης. Οὐδὲ γὰρ, εἰ τις ἡμῶν ληστὰς ἐπίοντας ὀρῶν ὀπλιζοίτο, καὶ πρὸς τὴν ἄμυναν χειροῖ, ἀρχῆς τὸ πρῶτὸν ἔστιν, ἀλλὰ τῆς οἰ-

κείας σωτηρίας πολλὴ πρόνοια· πλὴν οὐκ ἐνταῦθεν ποιούμεαι τὴν ἀπολογία, ἀλλ' ἐτέρωθεν, ὅθεν καὶ ὑμῖν χρήσιμον ἀκούσαι. Φοδοῦμεθα τὰ θηρία καὶ δεδοίκαμεν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπεπτώκαμεν· οὐκ ἀντιλέγω φημί καὶ αὐτός· ἀλλ' οὐ τοῦτο ψευδῆ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον δείκνυσι. Παρὰ γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐχ οὕτω τὰ πράγματα διέκειτο, ἀλλ' ἔδεδόκει καὶ ἔτρεμε, καὶ ὑπέκλυτεν, ὡς δεσπότη, τῷ ἀνθρώπῳ, ἐπιιδὴ δὲ τῆς παρρησίας ἐξεπέσομεν καὶ τῆς τιμῆς, διὰ τοῦτο δεδοίκαμεν αὐτά. [657] Πόθεν τοῦτο δῆλον; *Ἦγαγεν ὁ Θεὸς τὰ θηρία πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά· καὶ οὐκ ἀπεπήδησεν ὁ Ἀδὰμ, καθάπερ δεδοικώς, ἀλλ' ὡσπερ δούλους ὑποτεταγμένους τὰ ὀνόματα ἐπέθηκεν ἅπασιν*. Τοῦτο δὲ δεσποτίας σύμβολον. Διδὸν καὶ ὁ Θεὸς βουλόμενος αὐτῷ καὶ διὰ τούτου δείξει τὸ τῆς ἐξουσίας ἀξίωμα, τὴν τῶν ὀνομάτων αὐτῷ θεῶν ἐπέτρεψε, καὶ τὰ τεθέντα ὀνόματα ἔμεινεν ἐξ ἐκείνου εἰς αὐτά. *Πᾶν γὰρ ὁ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτοῖς, φησὶν*. Ἐν δὲ τούτῳ σημεῖον τοῦ μὴ φοβερά εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὰ θηρία παρὰ τὴν ἀρχὴν· δεύτερον δὲ καὶ τοῦ πρώτου σαφέστερον, ἢ πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ θρεῖος διάλεξις. Εἰ γὰρ ἦν φοβερά τὰ θηρία τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἂν ἰδοῦσα τὸν ὄφιν ἔμεινεν ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἔφυγεν ἂν· οὐκ ἂν εἰδέτο συμδουλήν^d, οὐκ ἂν μετὰ τοσαύτης αὐτῷ διελέχθη τῆς ἀδείας, ἀλλ' εὐθέως ἂν πρὸς τὴν ὄφιν καὶ ἐξεπλάγη καὶ ἀπεπήδησε· νυνὶ δὲ διαλέγεται, καὶ οὐ φοβεῖται· οὐδέπω γὰρ ἦν ὁ φόδος οὗτος. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἀμαρτία εἰσῆλθεν, ἀνηρέθη καὶ τὰ τῆς τιμῆς· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν οἰκετῶν, οἱ μὲν εὐδοκιμοῦντες φοβεροὶ τοῖς συνδούλοις εἰσίν, οἱ δὲ προσκεκροκότες καὶ τοὺς ὀμοδούλους δεδοίκασιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου γέγονεν. Ἔως ἂν γὰρ εἴχε πρὸς τὸν Θεὸν παρρησίαν, φοβερός τῶν θηρίων ἦν· ἐπειδὴ δὲ προσέκρουσε, καὶ τοὺς ἐσχάτους τῶν ὀμοδούλων δέδοικε λοιπόν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτό ἐστι, σὺ μοι δείξει παρὰ τῆς ἀμαρτίας, ὅτι φοβερά τοῖς ἀνθρώποις τὰ θηρία ἦν· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοις.

Εἰ δὲ μετὰ ταῦτα εἰσῆλθεν ὁ φόδος, καὶ τοῦτο τῆς τοῦ δεσπότη κηδεμονίας. Εἰ γὰρ τῆς ἐντολῆς τῆς δοθείσης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ ἀνθρώπῳ κινηθείσης καὶ λυθείσης, ἡ τιμὴ ἢ δοθεῖσα αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀκίνητος· ἔμεινεν, οὐκ ἂν ἀνέστη βραδυμία. Ὅταν γὰρ καὶ παρακούοντες οἱ ἄνθρωποι καὶ μὴ παρακούοντες τῆς αὐτῆς ἀπολαύσει τιμῆς, παιδοτριβοῦνται πρὸς πονηρίαν μᾶλλον, καὶ οὐκ εὐκόλως ἀφίστανται τῆς κακίας. Εἰ γὰρ νῦν φόδων καὶ τιμωριῶν καὶ κολάσεων ἐπιχειμένων οὐκ ἀνέχονται σωφρονεῖν, τίνες ἂν ἦσαν, εἰ μὴδὲν ἔπαθον ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλουν δεινῶν; Ὡστε δῆλον ὅτι κηδόμενος ἡμῶν καὶ φροντίζων ὁ Θεός, ἐξέβαλεν ἡμᾶς τῆς ἀρχῆς. Σὺ δὲ καὶ ἐνταῦθα μοι σκόπει τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀδὰμ πᾶσιν ἀνέτρεψε τὴν ἐντολήν, καὶ παρέβη τὸν νόμον· ὁ δὲ Θεὸς οὐ πᾶσαν ἔλυσε τὴν τιμὴν, οὐδὲ πάσης ἐξέβαλεν αὐτὸν τῆς ἐξουσίας· ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον ἔξω τῆς ἀρχῆς ἀφῆκεν εἶναι τὰ ζῶα, ἃ μὴ σφόδρα αὐτῷ συντελεῖ πρὸς τὴν τῆς ζωῆς χρεῖαν· τὰ δὲ ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα καὶ πολλὴν εἰσφέροντα λειτουργίαν εἰς τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν· ταῦτα εἴασε μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ. Ἀφήκε βῶν ἀγέλας, ἵνα ἀφροτρον ἔλωμεν, ἵνα τὴν γῆν τέμνωμεν, ἵνα τὰ σπέρματα

^a Οὐσίας ὁμοίότης, ἀλλ' ἀρχῆς ἀξίωμα Reg.

^b Reg. ἔστι. Ποία δὲ αὕτη; Λογισμῶν ἔρημος ὑπάρχει.

^c Reg. ἐκκαλομένων.

^d Reg. εἰδέτο τὴν πικρὰν ἐκείνην καὶ ὀϊθρίον συμβουλήν.

καταβάλλωμεν· ἀφῆκε τῶν ὑποζυγίων τὰ γένη, ἵνα πρὸς τὴν τῶν ἀγωγίμων μετακομιδὴν συναντιλαμβάνηται ἡμῖν τῶν πόνων· ἀφῆκε προβάτων ποιμνία, ἵνα ἔχωμεν εἰς περιβολὰς ἱματίων χορηγίαν ἀρκούσαν· καὶ ἕτερα δὲ [658] γένη ζῶων εἶασε πολλὴν ἡμῖν ἑτέραν εἰσάγοντα χρεῖαν. Ἐπειδὴ γὰρ κολάζων τὸν ἄνθρωπον εἶπεν, Ἐν ἰδρώτι τοῦ προσώπου σου φάγη τὸν ἄρτον σου, ἵνα μὴ ὁ ἰδρῶς οὗτος καὶ ὁ μόχθος καὶ ὁ πόνος ἀφόρητος ἦ. ἐπεκούφισε τὸ βαρὺ καὶ φορτικὸν τοῦ ἰδρῶτος τῷ πλήθει τῶν ἀλόγων τῶν συναφαπτομένων ἡμῖν τοῦ πόνου καὶ τῆς ταλαιπωρίας ταύτης. Καὶ καθάπερ δεσπότης φιλόθρωπος· καὶ κηδεμονικῶς τὸν οἰκέτην τὸν ἑαυτοῦ μαστίξας, θεραπεύειν τινὰ προσάγει ταῖς μαστίξαι· οὕτως καὶ ὁ θεὸς καταδίκην ἐπιθεῖς, παντὶ τρόπῳ τὴν καταδίκην ταύτην κουφοτέραν βούλεται ποιῆσαι, ἰδρώτι μὲν ἡμᾶς καταδικάσας καὶ πόνῳ διηνεκέει, τοῦ δὲ πόνου συναφάπτεσθαι πολλὰ τῶν ἀλόγων γένη παρασκευάσας ἡμῖν. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἀπάντων εὐχარიετήσωμεν αὐτῷ· καὶ γὰρ τὸ δοῦναι τὴν τιμὴν ἡμῖν, καὶ τὸ πάλιν ἀφελεῖν τὴν τιμὴν, καὶ τὸ μὴ πᾶσαν ἀφελεῖν αὐτὴν, καὶ τὸ τὸν φόβον ἡμῖν ἐπιστῆσαι τῶν θηρίων, καὶ πάντα, ἂν τις ἐξ-εστάῃ, πολλῆς γέμει σοφίας, πολλῆς κηδεμονίας, πολλῆς φιλοφροσύνης· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπολαύειν διηνεκῶς εἰς δόξαν τοῦ ταῦτα ἐργασασμένου Θεοῦ· αὐτῷ ἢ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Ὅτι δουλείας τρόπους τρεῖς εἰσῆγαγεν ἡ ἀμαρτία· καὶ πρὸς τοὺς βράθυμους ἀκούοντας, καὶ μὴ τιμῶντας γοεῖς.

α'. Ἦκούσατε κθές, πῶς μὲν ἐποίησε βασιλεία καὶ ἄρχοντα τῶν θηρίων τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς, πῶς δὲ αὐτὸν εὐθύς τῆς βασιλείας ἐξέβαλε· μέλλον δὲ οὐχ ὁ θεὸς, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς παρακοῆς ἐξέβαλε τῆς τιμῆς. Τὸ μὲν γὰρ τυχεῖν τῆς βασιλείας, τῆς τοῦ Θεοῦ φιλοφροσύνης γένητο μόνης. Οὐ γὰρ κατορθωμάτων αὐτῷ ταύτην ἔδωκε τὴν ἀμοιβήν, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, ἐδόξασε τῆ τιμῆ. Ἴνα γὰρ μὴ λίγη, εἴτι μετὰ ταῦτα γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, εἶτα πολλὰ κατορθώσας, οὕτως ἐπισπάσαστο τὸν θεὸν εἰς τὸ δοῦναι αὐτῷ τὴν τῶν θηρίων ἐργίαν, μέλλων αὐτὸν διαπλάττειν περὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ διαλέγεται οὕτω λέγων· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς*. Πρὸ τῆς ζωῆς ἢ τιμῆ, πρὸ τῆς δημιουργίας ὁ στέφανος, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, ἐπὶ τὸν βασιλικὸν ἀνάγεται θρόνον. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ τοὺς ὑποκειμένους αὐτοῖς ἐν ἐσχάτῳ γῆρξ μετὰ πολλοῦς πόνους καὶ μυρίους κινδύνους, τοὺς ἐν εἰρήνῃ, τοὺς ἐν πολέμοις, τότε τιμῶσιν· ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐθέως γενόμενον αὐτὸν ἐπὶ τὴν τιμὴν ταύτην ἤγαγε, δεικνύς εἶτι οὐ κατορθωμάτων ἐστὶν ἀμοιβὴ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ θεία χάρις, καὶ οὐκ ὀφειλή. Τὸ μὲν οὖν λαβεῖν αὐτὸν τὴν ἀρχὴν, ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλοφροσύνης· ἐγένετο μόνης· τὸ δὲ ἐκπαιεῖν τῆς ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ βραθυμίας. Ὅσπερ γὰρ οἱ βασιλεῖς τοὺς οὐχ ὑπακούοντα· τοὺς αὐτῶν προστάγμασι παραλύουσι τῆς ἀρχῆς· οὕτως καὶ ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου, τότε παραλύσας αὐτὸν τῆς ἀρχῆς. Ἀναγκαῖον δὲ [659] σήμερον εἰπεῖν, πόσῃ καὶ ἄλλῃ τιμῇ ἢ τῆς ἀμαρτίας παρεῖλετο φύσις, καὶ ὅσους δουλείας εἰσῆγαγε

τρόπους, ὥσπερ τις τύραννος ἐν πολυτρόποις δεσμοῖς, ταῖς παντοδαπαῖς ἀρχαῖς τὴν ἡμετέραν δεσμεύσας φύσιν. Ἔστι τοίνυν ἀρχὴ καὶ δουλεία πρώτη, καθ' ἣν καὶ γυναικῶν οἱ ἄνδρες κρατοῦσι· μετὰ γὰρ τὴν ἀμαρτίαν ἢ ταύτης ἐγένετο χρεῖα. Πρὸ γὰρ τῆς παρακοῆς ὁμοτίμος ἦν τῷ ἀνδρὶ· καὶ γὰρ εἶπε ταύτην διαπλάττειν ὁ θεὸς, οἷς ἐχρήσατο ῥήμασι καὶ ἐπὶ τῆς δημιουργίας τῆς γυναικός· Ὅσπερ οὖν εἶπεν ἐπ' ἐκείνῃ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν*, καὶ οὐκ εἶπε, *Γενηθήτω ἄνθρωπος*· οὕτως καὶ ἐπὶ ταύτης οὐκ εἶπε, *Γενηθήτω γυνή*, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα, *Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν*· καὶ οὐχ ἀπλῶς βοηθόν, ἀλλὰ, *κατ' αὐτόν*, πάλιν τὸ ὁμοτίμον δηλῶν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὴν εἰς τὴν τῆς ζωῆς ἡμῶν χρεῖαν τὰ λόγια τῆς βοηθείας εἰσήγαγε κοινωνίαν, ἵνα μὴ τῶν δούλων νομίσης εἶναι καὶ τὴν γυναῖκα, ὅρα πῶς ποιῆ τὴν διακρίσιν φανεράν. *Ἦγαγε τὰ θηρία*, φησὶν, *ἀνάκειον τῷ Ἀδὰμ, καὶ οὐχ εὐρέθη βοηθὸς ὁμοῖος αὐτῷ κατ' αὐτόν*. Τί οὖν; ὁ ἴσπος οὐ βοηθός, συμπαραταττόμενος ἐν τοῖς πολέμοις; ὁ βοῦς οὐ βοηθός, ἄροτρον ἔλκων καὶ συγχάμμων ἡμῖν ἐν ταῖς τῶν σπαιρμάτων καταβολαῖς; ὁ βοῦς καὶ ἡμίονος οὐ βοηθός, πρὸς τὴν τῶν ἀγωγίμων ἡμῖν συμπράττοντες μετακομιδὴν; Ἄλλ' ἵνα μὴ τοῦτο λέγῃς, διὰ τοῦτο ἀκριβῆ ποιεῖται τὴν διακρίσιν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἀπλῶς, εἶτι οὐχ εὐρέθη αὐτῷ βοηθός, ἀλλ' εἶτι οὐχ εὐρέθη βοηθός ὁμοῖος αὐτῷ. Οὕτως καὶ ἐνταῦθα, *Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν*, οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν κατ' αὐτόν*, εἶπε. Ταῦτα δὲ πρὸ τῆς ἀμαρτίας· μετὰ δὲ τὴν ἀμαρτίαν, *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει*. Ἐποίησά σε, φησὶν, ὁμοτίμον· οὐχ ἐχρήσω καλῶς τῆ ἀρχῆ· μετὰδὲ πρὸς τὴν ὑποταγήν. Οὐκ ἠνεγκας τὴν ἐλευθερίαν, κατέβησαι τὴν δουλείαν. Οὐκ οἶδας ἄρχειν, καὶ δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων ἰδεῖσθαι τῆς πείρας· γενοῦ τῶν ἀρχομένων, καὶ τὸν ἄνδρα ἐπίγνωθι κύριον. *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει*. Καὶ ὅρα Θεοῦ ἐνταῦθα φιλοφροσύνην. Ἴνα γὰρ μὴ ἀκούσασα εἶ, *Αὐτός σου κυριεύσει*, φορτικὴν εἶναι νομίση τὴν δεσποτείαν, πρότερον δὲ τῆς κηδεμονίας· *Ἔθηκεν ὄνομα εἰπὼν, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σοι*, τούτεστιν, Ἠκαταφυγὴ σου καὶ ὁ λιμὴν καὶ ἡ ἀσφάλεια ἐκείνος ἔσται σοι· ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιούσι δεινῶς πρὸς ἐκεῖνον ἀποστρέφου καὶ καταφεύγειν σοι εἰδῶμι. Οὐ ταύτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ φυσικαῖς αὐτοῦ συνδέσιν ἀνάγκαις καθάπερ ἀρρηκτὸν τινα δεσμὸν, τὴν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας περιβαλὼν αὐτοῖς ἄλυσιν. Εἶδες πῶς εἰσήγαγε μὲν τὴν ὑποταγὴν ἢ ἀμαρτίαν, ὁ δὲ εὐμήχανος καὶ σοφὸς θεὸς καὶ τοῦτοῖς πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἀπεχρήσατο; Ἀκουσον πῶς καὶ Παῦλος περὶ ταύτης λέγει τῆς ὑποταγῆς, ἵνα μάθῃς πάλιν Παλαιᾶς [660] καὶ Καινῆς τὴν συμφωνίαν. *Γυνή, φησὶν, ἐν ἡσυχίᾳ μαθησάτω ἐν κτίσει ὑποταγῆ*. Εἶδες καὶ αὐτὸν ὑποτάξαντα τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα; Ἄλλ' ἀνάμεινον, καὶ τὴν αἰτίαν ἀκούσῃ. Διὰ τί, *Ἐν κτίσει ὑποταγῆ; Γυναῖκα*· γὰρ, φησὶ, *διδάσκων οὐκ ἐπιτρέπων*. Διὰ τί; *Εἶδεας γὰρ ἀπᾶξ κτιστὸν τὸν Ἀδὰμ. Οὐδὲ ἀδελφεῖν τοῦ ἀνδρός. Τί ἔθηκεν;*

• Reg. unus est de ἐκβαλὼν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς

b Reg. unus est de ἴδιον
• Reg. idem γυναῖκα.

mandemus : reliquit et subje galium multa genera, ut ad sarcinas convehendas laborem nobiscum exantent: reliquit ovium greges, ut habeamus, quæ ad nos vestiendos sufficiant : reliquit et alia genera animantium, ex quibus multa in nostros usus commoda derivantur. Nam quia dum hominem puniret dixerat : *In sudore vultus tui vesceris pane tuo* (Gen. 3. 19) : ut ne sudor ac labor iste intolerabilis esset, sudoris molestiam laborisque gravitatem jumentorum multitudine levavit, quæ una nobiscum laborant et molestias ferunt. Et quemadmodum benignus ac providus herus flagellato servo curam aliquam congruam flagellis adhibet : sic nimirum ubi pœnam reo imposuit Deus, omni ratione pœnam istam levio rem reddere voluit, dum ad sudorem nos laboremque perpetuum damnatos in labore curavit ferendo a multis generibus animantium adjuvari. Pro his sane omnibus ei gratias agamus : nam quod honorem nolis contulit, ac rursus honorem eripuit, et non omnem eripuit ipsum, et quod bestiarum timorem immisit, et omnia, si quis examinet ea, multam sapientiam, multam providentiam, multamque clementiam præ se ferunt : qua nobis omnibus frui perpetuo contingat in Dei gloriam, qui hæc omnia perfecit : ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO IV (a).

Quod servitutis modos tres induxerit peccatum : et in negligentes auditores, eosque qui parentes non honorant.

1. *Honore afficit subditos suos Deus, quomodo.* — Audivistis heri, quo pacto Deus hominem bestiarum regem ac principem constituerit, quo pacto item confestim e regno illum eiecerit; vel potius non Deus, sed ipse per inobedientiam honore seipsum abdicavit. Nam quod illi regnum obtigerit, divinæ solius fuit benignitatis. Neque enim hanc illi mercedem tribuit recte factorum, sed et priusquam esset, hoc illum honore decoravit. At ne diceret hominem postea natum, deinde multis editis præclaris facinoribus ita Deum sibi conciliasse, ut ab eo imperium in belluas obtineret, cum formaturus eum esset, de ipsius imperio verba facit ita dicens : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et dominetur bestis terræ* (Gen. 1. 26). Antè vitam honor, antè creationem corona, et antequam fiat, ad regium solium erehatur. Etenim homines subditos suos in extrema senectute post multos labores et infinita pericula, cum in pace tum in bellis, tum demum honore afficiant : Deus autem non ita, sed statim atque est, ad hunc eam honorem evexit, et hoc non recte factorum esse mercedem ostendit, sed gratiam divinam, et non debitam. Quod igitur principatum acceperit, id ex sola Dei benignitate illi obvenit : quod autem exciderit principatu, ex ipsius ignavia. Ergo ut reges eis qui suis non parent mandatis abrogant principatum : ita se gessit erga hominem Deus, cum ei tunc principatum abrogavit. Hodie autem operæ pretium

tuerit dicere, quantum etiam alium honorem illi peccati natura eripuerit, et quot servitutis modos induxerit, dum ut tyrannus quispiam diversis vinculis, multis generibus principatum naturam nostram devinxit. Primus igitur principatus est servitus, qua et mulieribus imperant viri : siquidem post peccatum hæc opus fuit. Nam antè inobedientiam par honore fuit viro, cumque illam formavit Deus, quibus in formatione viri verbis usus erat, his et in creatione mulieris est usus. Ut igitur de illo dixit, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, neque dixit, Fiat homo* : sic et de ista non dixit, *Fiat mulier*, sed hic quoque : *Faciamus ei adiutorem* (Gen. 2. 18), neque simpliciter adiutorem, sed, *Secundum ipsum*, quo rursus honoris æqualitatem ostendit. Nam quoniam brutæ animantes ad necessarios vitæ usus multum nobis conferunt adjumenti, ne forte mulierem quoque inter mancipia putares esse numerandam, vide quomodo ab illis eam manifeste distinguat. *Adduxit bestias, inquit, coram Adam, et non est inventus adiutor similis ei secundum ipsum* (Gen. 2. 19. 20). Quid igitur? non est adiutor equus, qui operam suam illi præstat in bellis? non est adiutor bos, qui vomerem trahit, et dum semina terræ mandantur, nobiscum laborat? non sunt adiutores asinus et mulus, qui ad onera transvehenda nos adjuvant? Sed ne hoc dicas, propterea hæc accurate distinguit. Non enim simpliciter dixit, *Non est inventus illi adiutor*, sed, *Non est inventus adiutor similis ei*. Ita hic quoque non dixit, simpliciter, *Faciamus illi adiutorem*, sed, *Faciamus illi adiutorem secundum ipsum*, dixit. Hæc autem antè peccatum contigerunt : post peccatum autem : *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur* (Gen. 3. 16). Æqualem honore te creavi, inquit; non recte usa es principatu : ad subjectionem descende. Non tulisti libertatem : servitutem admitte. Nescivisti imperare, quod et ipsa rerum experientia declarasti : esto una ex subditis, et dominum virum agnosce. *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur*. At vide hoc loco Dei benignitatem. Ne enim audiens, *Ipsæ tui dominabitur*, gravem censeret esse dominatum, prius posuit nomen curæ dicens, *Ad virum tuum conversio tua*, hoc est, *Refugium tuum, portus, et securitas tibi erit ille* : ut in omnibus, quæ ingruent, malis ad ipsum te convertas et confugas, tibi concedo. Neque hoc solum, sed et naturalibus eos necessitatibus colligavit, et tamquam infractum quoddam vinculum, cupiditatis illis catenam injecit. Vides ut subjectionem invexerit quidem peccatum, solers autem et sapiens Deus his quoque ad nostram utilitatem sit usus? Audi quid de hæc subjectione dicat Paulus, ut rursus Veteris ac Novi Testamenti concordiam intelligas. *Mulier, inquit, in silentio discat cum omni subjectione* (1. Tim. 2. 11. 12).

Mulieris officium; mulier subjecta viro, quare. Alterum servitutis genus ex peccato. — Vides et ipsum viro mulierem subjecisse? Sed expecta, et causam audies. *Cur, Cum omni subjectione? Mulieri enim, inquit, decere non permitto.* Quid ita? Semel enim male docuit

(a) Collatus cum colice Regio 1976 et cum 2542.

Adam. *Neque dominari in virum.* Cur id tandem? Semel quippe male dominata est. *Sed esse in silentio.* Dic vero causam. Adam enim, inquit, *non est seductus: mulier autem seducta in pravaricatione fuit* (1. Tim. 2. 14). Idcirco illam a doctrinæ solio dejecit. Qui enim docere nescit, discat, inquit: quod si noluerit discere, sed docere voluerit, et discipulos insuper suos perdet: id quod etiam tunc mulieri accidit. Verum illam quidem viro subjectam fuisse, ac propter peccatum fuisse subjectam, hinc manifestum est: illud autem audire velim, *Ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur.*

2. Scire velim quo pacto de hac etiam cura loquatur Paulus, et dominatum misc: at cum benevolentia. Quoniam igitur in loco id facit? Ad Corinthios (a) scribens ait, *Viri, diligite uxores* (Ephes. 5. 25): ecce illud, *Ad virum tuum conversio tua. Uxores autem ut timeant viros* (Ibid. v. 33): ecce illud, *Ipsa tui dominabitur.* Vides ut minime gravis sit dominatus, quando servidus amator, mulieris servientis fuerit dominus, quando metus fuerit cum caritate conjunctus? Sic enim tollitur omnis molestia servitutis. Unum itaque principatum induxit inobedientia. Noli enim hoc spectare, quod illam ut oportebat temperavit Deus, sed quod ipsam servitutis naturam constituerit peccatum: quod est alterum genus servitutis multo priori gravius, quod et ipsum originem et occasionem duxit a peccato. Nam post diluvium Noe, commune illud universi terrarum orbis naufragium et exitium, peccavit in genitorem suum Cham¹, cumque nudatum patrem vidisset, accusatione illum amplius sua apud fratres suos nudavit, atque inde fratrum servus est factus. Corruerat enim naturæ nobilitatem pravitas voluntatis: ac merito quidem. Scriptura igitur innumeras pro justo profert excusationes, vel potius uno verbo omnem illi dat veniam. *Cæpit enim, inquit, Noe homo agricola* (Gen. 9. 20). Illud vero, *Cæpit*, multam continet ebrietatis excusationem. Nam neque quantum vini bibendum esset noverat, nec quomodo; merumne an aqua mixtum: nec quando bibendum, statimne ex torcularibus haustum, an post aliquod tempus elapsum. Ac Scriptura quidem per hæc Noe factum excusat; qui vero ex ipso prognatus erat, qui ab ipso servatus (siquidem propter exhibitum patri honorem, una cum cæteris tempestate sublatus non perierat), nulla naturæ habita ratione, non salutis obtentæ recordatus, non metu ad meliorem mentem reductus, cum adhuc superesse reliquias cerneret iræ divinæ, cum vestigia calamitatis apparere, cum adhuc eorum quæ acciderant metum vigere, contumelia parentem affectit. Hoc etiam admonet sapiens quispiam dicens: *Ne gloriaris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria patris contumelia* (Eccli. 3. 12). Verum neque hoc noverat ille; sed peccatum omni venia et excusatione indignum admisit. Ideo peccati penam servitutem incurrit, fratrumque servus est

factus, et prærogativam honoris a natura delatam animi pravitate amisit. Habes alterum servitutis genus. Vis etiam tertium nosse? Duobus prioribus gravius est istud, multoque formidabilius. Nam quoniam illis non est emendatus¹, vincula nobis adauxit Deus. Quodnam igitur illud est? Principum ac magistratuum nimirum; non tale quale mulieris, neque tale quale servorum, sed multo magis formidabile. Videre est undique gladios acutos, caruilles, supplicia, tormenta, pœnas, vitæ necisque potestatem. Ut autem scias hunc quoque modum principatus ex occasione peccati ortum habuisse, rursus Paulum ipsum de hoc philosophantem audi. *Si autem vis non timere potestatem, bonum fac, inquit, et habebis laudem ex illa. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat* (Rom. 13. 3. 4). Vides propter eos, qui malum perpetrant, et principem et gladium imminere? Audi manifestius istud ipsum rursus. *Vindex enim est, inquit, ei qui malum agit* (Ibid.). Neque dixit, Non enim sine causa princeps est: sed quid? *Non enim sine causa gladium portat.* Armatum iudicem tibi præfecit. Ut enim pater filiorum amans, uti negligenter officio suo fungi videt illos, et propter paternam indulgentiam se ab illis contemni, ob suam bonitatem pædagogis ac præceptoribus terribilibus illos committit: sic et a nostra natura se contemptum ceruens Deus, ob suam bonitatem tanquam magistris ac pædagogis quibusdam principibus illam tradidit, ut negligentiam ejus corrigerent. Sed si vultis, ex veteri Testamento illud spectemus, ob nostram nimirum pravitatem hoc opus fuisse principatu. Propter iniquos quispiam propheta succensens his verbis utitur: *Tacebis dum impius devorat justum, et facies² homines quasi pisces maris, et quasi reptilia non habentia ducem* (Habac. 1. 13. 14)? Ergo ideo dux est, ne tanquam reptilia sinūs: ideo princeps, ne tanquam pisces³ nos invicem devoremus. Nam ut propter morbos medicamenta sunt data, sic propter delicta, supplicia. Quoniam enim is qui virtute præditus vivit, ejusmodi præfectura non indiget, audi quid dicat Paulus: *Sin autem vis non timere potestatem, bonum fac, et habebis laudem ex illa* (Rom. 13. 5). Spectator tuus, inquit, est iudex. Si recte vivas, non spectator solum, sed etiam laudator. Sed quid ego de principum loquor necessitate, cum et aliis multo majoribus sublimiores sint qui philosophiam colunt? Siquidem principum ipsorum principes sunt leges. Attamen neque legibus indiget is, qui cum modestia et æquitate vivit: atque hoc testantem audi Paulum his verbis, *Iusto lex non est posita* (1. Tim. 1. 9). Quod si lex posita non est, multo magis princeps ei præfectus non est. En tibi tertium genus principatus, qui et ipse ductam habet occasionem a peccato et improbitate.

¹ Reg. unus, non emendati sumus. Edit. , ille non emendatus est.

² Reg. unus, o providens Deus, laces dum justus ab impio devoratur, et facis.

³ Reg., pisces maris.

¹ Ita Regii bene. Edit. male, Chanaan.

(a) Memoriam lapsu Chrysostomus Paulum Corinthiis scribituram inducit; sed locus est in Epist. ad Ephesios.

Και γὰρ ηὐθένησεν ἅπαξ κακῶς. Ἄλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἄλλ' εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, οὐκ ἠπατήθη, ἢ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραδόσει γέγονε. Διὰ τοῦτο αὐτὴν ἀπὸ τοῦ τῆς διδασκαλίας κατεβίβατε θρόνου. Ὁ γὰρ διδάσκειν οὐκ εἰδώς, μανθανέτω, φησὶν· εἰ δὲ μὴ βούλοιο μανθάνειν, ἀλλὰ διδάσκειν ἰθὺλοι, καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς μανθάνοντας προσάπολεῖ· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς τότε γέγονεν. Ἄλλ' ὅτι μὲν ὑποτάσσεται τῷ ἀνδρὶ, καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑπετάγη, δῆλον ἐντεῦθεν· βούλομαι δὲ ἐκεῖνο ἀκοῦσαι, τὸ, *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποτροπὴ σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει.*

Ἔ Βούλομαι μαθεῖν πῶς καὶ περὶ τῆς κηδεμονίας ταύτης ὁ Παῦλος διαλέγεται, καὶ τὴν δεσποτείαν ἀναμίγνυσι τῇ φιλοστοργίᾳ^a. Ποῦ οὖν τοῦτο ποιῶ; Κορινθίαις ἐπιστέλλων φησὶν· *Οἱ ἄνδρες, ἀγαπάτε τὰς γυναῖκας*· ἰδοὺ τὸ, *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποτροπὴ σου. Αἱ γυναῖκες ἴνα φοβῶνται τοὺς ἄνδρας*· ἰδοὺ τὸ, *Αὐτός σου κυριεύσει*. Εἶδες πῶς ἀνεπαχθῆς ἡ δεσποτεία, ὅταν ἐραστῆς μανικὸς τῆς δουλευούσης ὁ δεσπότης ἦ, ὅταν φοβῆς ἢ μετὰ ἀγάπης; Οὕτω γὰρ τὸ φορτικὸν ἀνήρηται τῆς δουλείας. Μίαν μὲν οὖν εἰσῆγαγε τὴν ἀρχὴν ἢ παρακοή. Μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδης, ὅτι πρὸς τὸ δέον ἐβύβημισεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι αὐτὴν τῆς δουλείας τὴν φύσιν ἢ ἁμαρτία κατεσκεύασεν· ἢ ἐστὶ καὶ δευτέρον δουλείας εἶδος τοῦ προτέρου φορτικώτερον, καὶ αὐτὸ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἔχει. Μετὰ γὰρ τὸν κατακλυσμὸν τὸν ἐν εἰ τῷ Νῶε, καὶ τὸ κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἀπάσης ναυάγειον καὶ τὴν πανκωλυθρίαν ἐκαίτην, ἤμαρτεν εἰς τὸν γεγεννηκότα ὁ Χάμ, καὶ γυμνοθέντα ἰδὼν τὸν πατέρα, μᾶλλον ἐγύμνωσε τῇ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς κατηγορίᾳ, καὶ ἐντεῦθεν οἰκίτης ἐγένετο τῶν ἀδελφῶν. Ἐλυμήνατο γὰρ τῆς φύσεως τὴν εὐγένειαν ἢ τῆς προαιρέσεως πονηρία· καὶ μᾶλα εἰκότως. Ἡ μὲν οὖν Γραφὴ μυρίας ὑπὲρ τοῦ δικαίου συντίθησιν ἀπολογίας, μᾶλλον δὲ ἐνὶ βήματι· πᾶσαν αὐτῷ δίδωσι συγγνώμην. *Ἦρξατο γὰρ, φησὶ, Νῶε ἄνθρωπος ἰσχυρός.* Τὸ δὲ, *Ἦρξατο*, τοῦτο πολλὴν ἔχει τὴν ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τῇ μέθῃ. Οὕτε γὰρ πῶσον πιεῖν ἐχρῆν τὸν οἶνον ἥδει, οὔτε πῶς πιεῖν, ἄκρατον, ἢ μεμιγμένον ὕδατι, οὔτε πότε πιεῖν, εὐθὺς τῶν ὑποληνίων ἐξαντληθέντα, ἢ μικρὸν ἀναμείναντα χρόνον. Ἡ μὲν οὖν Γραφὴ διὰ τούτων ἀπολογεῖται ὑπὲρ τοῦ Νῶε· ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, ὁ δὲ ἐκεῖνου σωθεὶς (διὰ γὰρ τὴν εἰς τὸν πατέρα τιμὴν οὐ συναπέλετο τῷ τῶν λοιπῶν κλυδωνίῳ), [661] οὐ πρὸς τὴν φύσιν ἰδὼν αὐτὴν, οὐ τῆς σωτηρίας ἀναμνησθεὶς, οὐ τῷ φόβῳ σωφρονισθεὶς, ὅρῳν ἔτι τὰ λείψανα τῆς τοῦ Θεοῦ μένοντα ὀργῆς, καὶ τῆς συμφορᾶς τὰ ἔχοντα φαινόμενα, καὶ τὸν τῶν γεγεννημένων ἀκμάζοντα φόβον, ἐξύβρισεν εἰς τὸν γεγεννηκότα· διὰ τοῦτο καὶ τις σοφῶς παραίνει λέγων· *Μὴ δοξάζου ἐν ἀτιμίᾳ πατρός σου*· οὐ γὰρ ἐστὶ σοὶ δόξα πατρός ἀτιμίου. Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔγνω ἐκεῖνος· ἀλλ' ἤμαρτεν ἁμαρτίαν πάσης συγγνώμης καὶ ἀπολογίας μείζονα. Διὰ τοῦτο τιμωρίαν ἔδωκε τῆς ἁμαρτίας τὴν δουλείαν, καὶ τῶν ἀδελφῶν οἰκίτης· ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς

φύσεως προεδρίαν τῇ τῆς γνώμης κακίᾳ προέδωκεν. Ἰδοὺ καὶ δευτέρος δουλείας τρόπος. Βούλει καὶ τρίτον μαθεῖν; Φορτικώτερος δὲ οὗτος τῶν δύο τῶν προτέρων ἐστὶ, καὶ πολὺ φοβερώτερος. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοις οὐκ ἐσωφρονίσθη^b, ἐπέτεινεν ἡμῖν ὁ Θεὸς τὰ δεσμά. Τίς οὖν οὗτός ἐστιν; Ὁ τῶν ἀρχόντων, ὁ τῶν ἐξουσιῶν· οὐ τοιοῦτος, ὅσος ὁ τῆς γυναικὸς, οὐδὲ τοιοῦτος, ὅσος ὁ τῶν δούλων, ἀλλὰ πολλῶν φοβερώτερος. Εἴφη γὰρ ἐστὶν ἰδεῖν ἠκονημένα πανταχοῦ, δημοίους, κολάσεις, βασανιστήρια, τιμωρίας, τὴν μέχρι θανάτου καὶ ζωῆς ἐξουσίαν. Καὶ ὅτι καὶ οὗτος τῆς ἀρχῆς ὁ τρόπος ἀναγκαῖος διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο, ἄκουσον πάλιν αὐτοῦ τοῦ Παύλου περὶ τοῦτου φιλοσοφούντος. *Εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ*, φησὶ, *καὶ ἔξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Ἐάν τὸ κακὸν ποιῆς, φοβοῦ· οὐ γὰρ εἰκῆ τὴν μάχαιραν φορεῖ.* Ὅρξ· ὅτι διὰ τοὺς τὸ κακὸν πράττοντας καὶ ἄρχων καὶ μάχαιρα; Ἄκουσον γοῦν σαφέστερον τοῦτο πάλιν. *Ἐκδικος γὰρ, φησὶν, ἐστὶ τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι*. Καὶ οὐκ εἶπεν, *Οὐ γὰρ εἰκῆ ἄρχων ἐστίν*· ἀλλὰ τί; *Οὐ γὰρ εἰκῆ τὴν μάχαιραν φορεῖ*. Ὀπλισμένον σοὶ τὸν δικαστὴν ἐπέστησε. Καθάπερ γὰρ φιλόστοργος πατὴρ παῖδας εἰς αὐτὸν βραθυμούντας, καὶ διὰ τὴν πατρικὴν φιλοστοργίαν καταφρονούντας αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀγαθότητα παιδαγωγοῖς καὶ διδασκάλοις ἐκδίδωσι φοβεροῖς· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν καταφρονούσαν αὐτοῦ, διὰ τὴν ἀγαθότητα, καθάπερ διδασκάλοις καὶ παιδαγωγοῖς, τοῖς ἄρχουσιν ἐξέδωκεν, ὥστε αὐτοὺς ἐπιστρέψαι αὐτῶν τὴν βραθυμίαν. Ἄλλ', εἰ βούλεσθε, καὶ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς αὐτὸ τοῦτο ἴδωμεν, ὅτι διὰ τὴν πονηρίαν τὴν ἡμετέραν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐγένετο χρεῖα ταύτης. Τῶν προφητῶν τις παροξυνόμενος ἐπὶ τοῖς ἀδίκους, οὕτω πῶς φησὶ· *Πορασιωπήσεις ἐν τῷ καταπίνεϊν τὸν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον, καὶ ποιήσεις τοὺς ἄνθρώπους, ὡς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, καὶ ἐρπετὰ οὐκ ἔχοντα ἠγρούμενος*; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο ἠγρούμενος, ἵνα μὴ ὡς ἐρπετὰ ὦμεν· διὰ τοῦτο ἄρχων· ἵνα μὴ ὡς οἱ ἰχθύες^d καταπίνωμεν ἀλλήλους. Ὡσπερ γὰρ διὰ τὰ νόσηματα τὰ φάρμακα, οὕτω διὰ τὰ ἁμαρτήματα αἱ κολάσεις. Ἐπεὶ ὅτι γε ὁ συζῶν ἀρετῇ τῆς ἐκεῖθεν ἐπιστασίας οὐ δέεται, ἄκουσον τί φησὶν ὁ Παῦλος· *Εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ, καὶ ἔξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς*. Θεατῆς ζῆς, φησὶν, ὁ δικαστῆς ἐστίν. Ἐάν ὀρθῶς ζῆς, οὐ θεατῆς [662] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπαινέτης. Καὶ τί λέγω τὴν ἀπὸ τῶν ἀρχόντων χρεῖαν, ὅπουγε καὶ ἐτέρων μειζόνων ἀνώταροι οἱ φιλοσοφίαν διύκοντες εἰσιν; Ἀρχοντες γὰρ ἀρχόντων εἰσὶν οἱ νόμοι. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲ νόμων δέεται ὁ μετ' ἐπιεικειᾶς ζῶν· καὶ τοῦτο ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος, *Δικιῶν νόμος οὐ κείται*. Εἰ δὲ νόμος οὐ κείται, πολλῶν μᾶλλον ἄρχων οὐκ ἐφέστηκεν. Ἰδοὺ τρίτος ἀρχῆς τρόπος, καὶ οὗτος ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας καὶ πονηρίας ἔχων τὴν ὑπόθεσιν.

^b Reg. unius ἐκείνους οὐκ ἐσωφρονίσθημεν. Edit ἐκείνους οὐκ ἐσωφρονίσθη.

^c Reg. unius προνοπή τῷ κόσμῳ παρασιωπή· ἐν τῷ καταπίνεσθαι τὸν δίκαιον ἀπὸ τοῦ ἀσεβοῦς καὶ ποιῆσαι τοὺς.

^d Reg. ἰχθύες τῆς θαλάσσης.

^a Reg. unius, hodie 779, καὶ τῇ δεσποτεία ἀναμίγνυσι τὴν φιλοστοργίαν.

Υ. Πώς οὖν ὁ Παῦλος φησιν, *οτι Οὐκ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ;* Ὅτι αὐτὸς αὐτὴν πρὸς τὸ λυσιτελεῖς ἡμῖν κατέστησεν. Εἰσῆγγαγε μὲν γὰρ αὐτῆς τὴν χρεῖαν ἢ ἁμαρτία· ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἀπεχρήσατο. Καὶ καθάπερ ἡ χρεῖα τῶν φαρμάκων ἀπὸ τῶν τραυμάτων γίνεται, ἢ δὲ ἐπαγωγὴ τῶν φαρμάκων ἀπὸ τῆς τῶν ἰατρῶν σοφίας· οὕτω καὶ ἡ χρεῖα τῆς θουλαίας ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας γέγονε· τὸ δὲ εἰς ὄρον αὐτὴν ρυθμίσει, ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Ἀλλὰ γὰρ διανύσθητε, καὶ τὴν ραθυμίαν ἀπόθεσθε. Τίνος ἕνεκα τοῦτο λέγω; Περὶ Γραφῶν ὑμῖν διεηγήμεθα, ὑμεῖς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστήσαντες ἡμῶν, πρὸς τὰς λαμπάδας καὶ τὸν τὰς λαμπάδας ἄπτονα μεταστήσατε. Καὶ πόσις τοῦτο ραθυμίας, ἡμᾶς ἀφέντας, τοῦτω προσέχειν; Πῦρ ἀνάπτω κατῶ· ἢ τὸ ἀπὸ τῶν Γραφῶν, καὶ ἐπὶ τῆς γλῶττης τῆς ἡμετέρας λαμπάδιον καίεται τὸ τῆς διδασκαλίας. Τοῦτο μαζόν καὶ βέλτιον τὸ φῶς ἐκείνου τοῦ φωτός· οὐ γὰρ δὴ θρυαλλίδα διάδροχον ἐλαίῳ, καθάπερ οὗτος, ἐξάπτωμεν, ἀλλὰ ψυχὰς ἐν εὐσεβείᾳ ἀρδομένας τῇ τῆς ἀκροάσεως ἀνάπτωμεν ἐπιθυμίᾳ. Διελγέτω ποτε καὶ ὁ Παῦλος ἐν ὑπερήφῳ τινί. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω με Πιῦλον παραβάλλειν ἑμαυτὸν· οὐ γὰρ οὕτω μέμνη· ἀλλ' ἵνα μάθητε πόσην περὶ τὴν ἀκράσιν σπουδὴν ἐπιδεικνύσθαι χρή. Διελγέτω τοίνυν ὁ Παῦλος ἐν ὑπερήφῳ, καὶ ἑσπέρα κατέλαθε, καθάπερ καὶ νῦν, καὶ λαμπάδες ἦσαν ἐν τῷ ὑπερήφῳ· εἴτα ὁ ἔκτυχος ἀπὸ τῆς θυρίδος κατέπεσε, καὶ οὐ διεύσω τὸ πνεῦμα τὸν σύλλογον, οὐδὲ ἀνέστησε τὸ θέατρον ὁ θάνατος· ἀλλ' οὕτως ἦσαν προσηλωμένοι τῇ τῶν θείων ἀκροάσει λογίων, ὡς μηδὲ αἰσθηθῆναι τοῦ πνεύματος· ὑμεῖς δὲ οὐδὲν ξένον ἰδόντες, οὐδὲ παράδοξον, ἀλλ' ἀνθρώπων τὰ συνήθη ποιοῦντα, τὰς ἐφεῖς ἐκαὶ μεταθήκατε. Καὶ ποίας ἂν εἴη τοῦτο συγγνώμης ἔξω; Μηδεὶς τοίνυν, ἀγαπητοί, φορτικὴν τινα τὴν ἐπιτίμησιν νομιζέτω· οὐ γὰρ μισοῦντες, ἀλλὰ κηδόμενοι ἐγκαλοῦμεν. Ἀξιοπιστότερα γὰρ τραύματα φίλων, ἢ ἀκούσει φίληματα ἐχθρῶν.

Διανύσθητε τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ τοῦτο ἀφέντας τὸ πῦρ, τῷ φωτὶ προσέχετε τῶν θείων Γραφῶν. Ἐτερον γὰρ ὑμῖν ἀρχῆς βούλομαι τρόπον εἰπεῖν, οὐκ ἀπὸ ἁμαρτίας; λαμβάνοντα [663] τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλὰ παρὰ τῆς φύσεως αὐτῆς. Τίς οὖν οὗτός ἐστιν; Ὁ τῶν τεκόντων εἰς ἔκγονα. Ὡδίνων γὰρ ἐστὶν ἀμοιβὴ ἢ τοιαύτη τιμὴ. Διὰ τοῦτο καὶ τις σοφὸς λέγει· Ὡς δεσπόταις δουλεύουσιν τοῖς γεννησασί σε. Εἴτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει λέγων· *Τί γὰρ αὐτοῖς ἀνταποδώσεις, καθὼς αὐτοὶ σοι;* Καίτι τί ποτὲ ἐστίν, ὃ μὴ δύναται παῖς ἀποδοῦναι πατρί; Οὐδὲν οὖν ἄλλο ἢ τοῦτο λέγει· Καθὼς αὐτοὶ σε ἐγέννησαν, οὐ αὐτοὺς γεννησάσι οὐ δυνατῶν. Ἐπεί οὖν κατὰ τοῦτο ἠλπετώμεθα, ἐτέρωθεν πλεονεκτώμεθα εἰς αὐτούς τιμαῖς, μὴ διὰ τὴν τῆς φύσεως νόμον μόνον, ἀλλὰ πρὸς τῆς φύσεως διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον. Καὶ γὰρ σφόδρα ὁ Θεὸς βούλεται τοὺς τεκόντας τιμᾶσθαι παρὰ τῶν τεκθέντων· καὶ τοὺς μὲν τοῦτο ποιοῦντας μεγάλους ὀφθαλοῖς καὶ δωρεαῖς ἀμείβεται, τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν νόμον μεγάλους καὶ δεινοὺς κολάζει κακοῖς. Ὁ κακολογῶν, φησὶ, *κατέρα ἢ μητέρα, θανάτω*

τελευτᾶτω. Τίς δὲ τιμᾶσιν αὐτοὺς οὕτω πῶς φησὶ· *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται· καὶ ἡση μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς.* Ὅπερ μέγιστον αγαθὸν εἶναι νομιζέσαι, γῆρας λιπαρὸν καὶ μῆκος ζωῆς, τοῦτο ἔθηκεν ἑσθλὸν τοῖς τιμᾶσιν αὐτούς· καὶ ὅπερ ἔσχατον εἶναι δοκεῖ κακόν, θάνατος ἄσπρος, τοῦτο ἔθηκεν ἐπιτίμιον τοῖς ὑβρίζουσιν εἰς αὐτούς· τοὺς μὲν ἐπισκώμμενος εἰς εὐνοίαν τῇ τῆς τιμῆς ἐπαγγελίᾳ, τοὺς δὲ καὶ ἐκοντας ἀπάγων τῆς ὕβρεως τῷ τῆς τιμωρίας φόβῳ. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς ἀποθήσκειν κελεύει τὸν παρταλοῖαν, οὐδὲ δημίους αὐτὸν ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου λαβόντας ἐξάγειν διὰ τῆς ἀγορᾶς, οὐδὲ τῆς πόλεως ἔξω τὴν κεφαλὴν ἀποτίμνει· ἀλλ' ἄγει μὲν αὐτὸν εἰς μέσσην τὴν πόλιν αὐτὸς ὁ πατήρ, καὶ χωρὶς ἀποδείξεως πόσις πιστεύεται· καὶ μάλᾳ δικαίως. Ὁ γὰρ καὶ χρήματα καὶ σώματα καὶ πᾶν ὅτι οὖν ἐλόμενος ὑπὲρ τοῦ παιδὸς καταπαπνήσκει, οὐκ ἂν ποτε κατηγορὸς αὐτοῦ γέγονεν, εἰ μὴ πολλὴ τῆς ὕβρεως ἦν ἢ ὑπερβολὴ. Ἄγει τοίνυν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον τῆς πόλεως, εἴτα καλεῖ τὸν δῆμον ἅπαντα, καὶ λέγει τὴν κατηγορίαν· οἱ δὲ ἀκούοντες πάντας, ἕκαστος λίθον λαβὼν, οὕτω βάλλουσι τὸν παρταλοῖαν. Οὐ γὰρ ἐθῆσθαι μόνον τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦργος εἶναι βούλεται ὁ νομοθέτης, ἵνα εἰς τὴν δεξιὰν ἕκαστος ἰδὼν τὴν ἑαυτοῦ, εἰ τῆς τὸν λίθον καὶ αὐτὸς ἐθέλει κατὰ τῆς τοῦ παρταλοῖου κεφαλῆς, ἱκανὸν ὑπόμνημα πρὸς διάρθρωσιν ἔχη. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἡμῖν ὁ νομοθέτης αἰνίττεται, ὅτι ὁ τοὺς γονεῖς ὑβρίζων οὐκ ἐκείνους ἠέδικτα μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους. Διὰ τοῦτο πάντας ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῆς τιμωρίας καλεῖ, καθάπερ ὑβρισμένους ἅπαντας, καὶ δῆμον ὁμοῦ καὶ πόλιν περιστήσιν ἅπασαν, παιδεύων καὶ τοὺς οὐδὲν ἔχοντας κοινὸν πρὸς τοὺς ἠέδικτα μόνους ἐπὶ γονεῦσιν ὑβρίζομένους ἀγανακτεῖν, ὡς τῆς κοινῆς φύσεως ὑβριζομένης, καὶ τὸν τοσοῦτον ἄνθρωπον. Ὅσπερ λοιμὸν τινα καὶ κοινήν νόσον, μὴ τῆς πόλεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ φωτός ἀπαιλαίνειν αὐτοῦ. Πολέμιος γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ κοινὸς ἀπάντων ἐστὶν ἐχθρὸς, καὶ [664] τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τῶν νόμων, καὶ τῆς κοινῆς ἀπάντων ἡμῶν ζωῆς. Διὰ τοῦτο πάντας συνεισφέρειται κελεύει τῆς σφαγῆς, ὡσπερ τινὰ καθαρμὸν τῆς πόλεως ἐργαζόμενος. Πολλὰ ὑμῖν ἀγαθὰ γένοιτο, ὅτι μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς τοὺς περὶ τοῦ παρταλοῖου λόγους ἐδέξασθε, καὶ ἀντὶ τῶν λίθων ταῖς βραχίαι αὐτὸν ἐβάλλετε· τεκμήριον γὰρ τοῦτο ἐστὶ τοῦ πολλῆν περὶ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἕκαστος ὑμῶν τὴν εὐνοίαν ἐπιδειχθῆναι. Καὶ γὰρ τότε τοὺς νόμους μάλιστα θαυμάζειν εἰκόθαμεν τοὺς τὰ ἁμαρτήματα κολάζοντας, ὅταν μὴ συνειδότες ἑαυτοῖς τὰ ἁμαρτήματα ὦμεν. Ὑπὲρ δὴ τούτων ἀπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τῷ κηδόμενῳ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ προνοοῦντι γονεῶν, καὶ παίδων φροντίζοντι, καὶ πάντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας οἰκονομοῦντι σωτηρίας. Αὐτῷ γὰρ πρέπει δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^a Reg. κύρ ἦντω κάτω.

3 Quoniam igitur pacto ait Paulus potestatem non esse nisi a Deo (Rom. 13. 2)? Quod nimirum ad utilitatem nostram nobis illam Deus constituerit. Nam peccatum quidem necessitatem ejus innoxit: Deus autem ad nostram utilitatem est usus. Et quemadmodum ex vulneribus fit ut medicamentis indigeamus; ex medicorum autem sapientia, ut adhibeantur medicamenta: sic et necessitas servitutis ortum habuit a peccato: ut autem ad id quod opus erat illa dirigeretur, id sane divinæ acceptum ferendum est sapientiæ. Verum adeste animis, et desidiam omnem excutite. Cur tandem id dico? Scripturas vobis enarramus, vos vero avertis a nobis oculis, ad lucernas et ad eum qui lucernas accendebat (a), eos convertistis. Quantæ porro est hoc socordiae, nobis relictis, huic attendere? Ignem ego quoque accendo¹, qui latet in Scripturis, et in nostra lingua succenditur lucerna doctrinæ. Hoc illo majus est lumen ac melius: non enim oleo nadeus ellychnium, ut iste, accendimus, sed irrigatas pietatis animas audiendi cupiditate inflamamus. Disserebat etiam Paulus aliquando in cœnaculo quodam (Act. 20. 7-9). Nemo tamen arbitretur seipsum velle me cum Paulo comparare, non enim adeo sum insanus, sed ut intelligatis quantum studii vos oporteat ad audiendum adhibere. Disserebat ergo Paulus in cœnaculo, et vespera, ut nunc etiam, incidit, erantque lucernæ in cœnaculo: deinde cecidit Eutychus de fenestra, neque conventum casus ille dissolvit, neque mors theatrum sustulit: verum ita divinis eloquiis audiendis affixi erant, ut neque casus illius sensum ullum ceperint: vos vero nulla insolita re conpecta vel mira, sed homine tantum, qui solitum ministerium obibat, illuc oculos convertistis. Et qua tandem venia dignum hoc fuerit? Nemo igitur, dilectissimi, reprehensionem molestam et gravem arbitretur: neque enim odio impulsus, sed sollicitudine induci reprehendimus. *Fideliora quippe sunt amicorum vulnera, quam spontanea oscula inimicorum* (Prov. 27. 6).

De officiis filiorum erga parentes; de remunerationibus manentibus parentum cultores. De pœnis parricidarum: cur lapidari eos voluit Deus. — Attendite igitur, quanto, et hoc igne relicto ad sacrarum Scripturarum lumen animum adhibete. Alium enim principatus modum statui dicere, qui non a peccato, sed a natura ipsa traxit originem. Quis ille porro est? Parentum in liberos. Est enim remuneratio partus honor iste. Propterea sapiens quispiam dicit: *Quasi dominis serviitis, qui te genuerunt* (Eccli. 3. 8). Deinde causam adjicit dicens: *Quid enim retribuēs illis, quomodo illi tibi* (Ibid. 7. 30)? Tametsi quid tandem est, quod filius patri retribuere non possit? Nihil ergo aliud præter hoc dicit: Ut te ipsi genuerunt, tu illos gignere minime poteris. Quando igitur in hac re illis inferiores sumus, aliunde illos, delatis ipsis honoribus, superemus, non ob legem naturæ tantum, sed ante naturam ob Dei timorem. Multum enim parentes a liberis honorari vult Deus: et qui hoc fecerint, magnis bonis

remuneratur ac donis, omnes vero qui legem transgressi fuerint, magnis et gravibus malis punit. *Qui maledixerit, inquit, patri vel matri, mortis moriatur* (Exod. 21. 17). Eis vero, qui honorant illos, sic ait: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi: et eris longævus super terram* (Exod. 20. 12). Quod maximum esse bonum censetur, bonam scilicet senectutem, et vitæ prolixitatem, hoc proposuit præmium iis qui ipsos honorarint: et quod summum esse malum videtur, mortem immaturam, hoc in pœnam proposuit iis, qui contumeliosi in eos fuerint: atque ita horum quidem benevolentiam sibi honoris pollicitatione conciliat, illos vero etiam invitos pœnæ formidine a contumelia revocat. Non solum enim mori parricidam jubet, neque abreptum a judicio per forum a lictoribus educi, neque extra civitatem capite truncari: sed in mediam civitatem deducit ipsum pater, et absque alia quavis probatione fides illi habetur: ac merito quidem. Nam qui pecunias et corpora et aliud quidvis pro filio libenter impenderet, numquam ejus foret accusator, nisi summa ab illo injuria esset affectus. Deducit igitur illum in medium civitatis, deinde populo advocato accusationem pronuntiat: qui vero audiunt, singuli arrepto lapide parricidam illum percipiunt. Non enim spectatores tantum supplicii, sed etiam ministros eos esse vult legislator, ut cum dexteram suam quisque conspexerit, qua lapidem et ipse in parricidæ caput projecit, hac sufficienti admonitione instructus ad meliorem frugem revocetur. Neque vero id solum, sed et aliud nobis innuit legislator, eum nimirum, qui contumelia parentes affecerit, non illos tantum, sed etiam omnes homines læsisse. Propterea cunctos ad supplicii consortium vocat, quasi contumelia fuerint affecti omnes, ac populum simul et totam convocat civitatem, ut doceat, eos quibus nihil est commune cum illis qui affecti sunt injuria, in eos indignatione commoveri, qui contumeliosi fuerint in parentes, tamquam in communem naturam cadente injuria, utque talem hominem quasi pestem quamdam communemque morbum non ex urbe solum, sed ex ipsa quoque vita ejiciant. Hostis enim est vir ejusmodi, et omnium communis inimicus, Dei, naturæ, legum, et omnium nostrum viventium. Idcirco simul omnes aggredi eadem jubet, ut expiationem quamdam perficiat civitatis. Multa vobis bona contingant, quod tanta cum voluptate de parricida sermonem exceperitis, ac lapidum loco vocibus illum percussoritis: hoc enim indicium ingentis est benevolentie, qua patrem suum vestrum unusquisque compertitur. Tunc enim præcipue leges, quæ delicta vindicant, laudare consuevimus, cum delictorum ipsi nobis minime conscii fuerimus. Pro his igitur omnibus clementi Deo gratias agamus, qui vitæ nostræ curam gerit, qui parentibus provicet, qui de liberis est sollicitus, et pro nostra salute cuncta disponit. Ipsum enim decet gloria, honor, et adoratio, una cum Patre principii experte, ac sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹ Reg., ignem super terram accendo.

(a) Lampades sive lucernæ in ecclesia accendebantur.

SERMO V (a).

Quod non propter Adamum punimur, et maiora per eum bona quam mala sunt importata, si nobis ipsis attendere voluerimus: et adversus eos qui pauperes praeterant.

1. Vos quidem fortasse nos omnem putatis de dominatu absolvisse sermonem: at ego multum adhuc in eo video fructum apparere. Sed ne defatigemini, quaeso, quousque totum ipsum decerpserimus. Nam et diligentes agricolae cum vitam foliis comantem viderint, et multo fructu oneratam, non externos tantum abscindunt racemos, sed et ulterius progressi palmites confringunt, et folia coercent, ita ut ne minimi quidem acini racenorum frondibus oblecti lateant. Nolite igitur negligentiores illis videri, neque priusquam totum a vobis sit acceptum recedite: praesertim cum labor quidem meus, fructus autem sit vester.

6. Ac vide mulieris pietatem. Non dixit, Si dederis mihi tres, duos tibi do : sin autem duos, unum do tibi : sed, Si unum solum dederis, totum tibi fructum consecro. *Et vinum et omne quod inebriare potest non bibet.* Nondum filium accepit, et jam prophetam informal, ac de illius educatione verba facit, et cum Deo pactum iuit. O confidentiam mulieris ! Quia non tum persolvere poterat, quod nondum accepisset, a futuris sumptum pretium persolvit. Et quemadmodum sæpe multi agricolæ summa pressi egestate, cum tantum pecuniæ non suppetat, ut vitulum possint aut ovem emere, hac conditione a dominis ea accipiunt animalia, ut semissem fructuum reddant, seque pretium ex futuris deductum fructibus persoluturos promittunt : sic etiam ista, vel potius majus quiddam præstitit. Non enim ea conditione, ut semissem fructuum reddat, filium accipit, sed ut totum illi deinde restituat, et fructuum loco filii educationem accipiat. Sufficientem eulpæ esse mercedem existimavit, ut labores suos in Dei sacerdotis educationem impenderet. *Et vinum et omne quod inebriat non bibet,* inquit. Non illi venit in mentem hæc apud se dicere : Quid vero fiet, si dum tener est infans, aquæ potu ejus valetudo lædatur ? quid si in morbum incidat ? quid si gravi morbo oppressus moriatur ? Sed cum cogitasset eum, a quo fuerat datus, posse illius quoque sanitati providere, ab ipsis incunabulis et partus secundinis in sanctitatem illum invexit, Deoque rem totam commisit, et ante partum sanctificabatur ejus uterus in quo propheta gestabatur, et sacerdos concipiebatur, et donarium ferebatur, donarium, inquam, animatum. Ideo diutius eam mœreore confici permittebat Deus, ideo tarde dabat, ut eam ipso genere partus illustriorem redderet, ut philosophiam ejus animique moderationem ostenderet. Nam in oratione non meminit æmulæ, non ejus convicia memoravit, non in medium protulit ejus opprobria, non dixit, Ulciscere me de improba et scelestâ illa muliere, quod multæ faciunt mulieres : sed neque probrorum recordata, de iis tantum quæ sibi proderant preces offerebat. Ita fac tu quoque, mi homo, cumque videris inimicum dolore afficientem, in eum quidem nullum asperius verbum mittas, neque male erga te affecto impreceris : sed ingressus, ac flexis genibus, fuisque lacrymis, Deum precare, ut tristitiam discutiat doloremque restinguat ; quod hæc quoque mulier fecit, nec mediocrem fructum ex inimica collegit. Illa enim ad hunc partum infantis obtinendum opitulata est. Quo pacto id factum sit, ego dicam. Quia opprobria jactarat, affligerat, majoremque dolorem reddiderat, a dolore ardentior fuit oratio, Deum vero illi conciliavit, atque ut impetraret effecit, sicque Samuel est partu editus. Itaque si vigiles simus, non modo nihil nos lædere poterunt inimici, sed et plurimum proderunt, dum in

omnibus nos diligentiores efficiant, tantum ne propter molestiam ac dolorem, quem nobis inurunt, ad convicia probraque nos abripi sinamus, sed ad preces nos potius convertamus.

Ex nomine Samuelis occasionem arripit de educatione liberorum loquendi. — Postquam autem poperit filium, vocavit illum Samuelem, hoc est, Audiet Deum. Nam quoniam ex eo, quod exaudita fuerit, et precum opera ipsum accepit, non beneficio naturæ, memoriam quæstus illius tamquam in ænea quadam columna in appellatione pueruli voluit esse defixam. Neque dixit, Vocemus eum nomine patris sui, vel patrui, vel avi, vel proavi : sed, Ille ipse, qui dedit eum, inquit, appellatione pueruli honoretur. Hanc æmulamini mulieres, hanc imitemur viri, tantamque liberorum curam geramus, ita natos educemus, cum in aliis omnibus, tum maxime in castitate. Nihil enim adeo contendendum et curandum est, quam ut juvenes casti sint et pudici. Hæc enim maxime ægritudo illi ætati molestiam exhibet : et quod in lucernis agimus, hoc et erga liberos observemus. Certe sæpe ancillam admovemus, quæ lucernam accendit, ne in eum locum lucernam transferat, in quo stipula sœnumve fuerit, aut aliquid hujusmodi, ne forte nobis insciis excidat scintilla quæpiam, et materiam illam corripiens totam domum incendat : eandem quoque sollicitudinem erga liberos impendamus, neque vultus eorum illuc traducamus, ubi lascivæ sunt famulæ, ubi luxuriosæ puellæ, ubi potulantes ancillæ, sed jubemus ac denuntiamus illis, si forte talis nobis sit famula, seu vicina, sive quævis ejusmodi, ut neque in conspectum, neque in sermonis congressum cum juvenibus veniat, ne qua inde scintilla excidens totam pueruli animam incendat, et irreparabilem illi calamitatem importet. Neque vero tantum a spectaculis, sed etiam a mollibus ac dissolutis cantilenis abducamus, ne his eorum anima fascinetur ; neque illos ad theatra deducamus, nec ad convivia et comotationes, sed cautius quam conclavi abdite virgines, custodiantur a nobis juvenes. Nihil ætatem illam adeo solet exornare ac pudicitia: eorum, et si quis ab omni lascivia purus ad conjugium veniat. Sic et mulieres illis sient amabiles, cum antea nulla se fornicatione exercuerit, aut corrupta fuerit anima, cum eam solam mulierem notam habuerit juvenis, quæ sibi fuerit nuptiis copulata. Sic et ardentes amores, et sincerior benevolentia, sic amicitia fit vehementior, cum ad nuptias juvenes cum tanta cautione perrexerint. Nam nunc quidem quæ geruntur non nuptiæ sunt, sed mera negotiatio pecuniæ, et cauponatio. Cum enim ante conjugium corruptus fuerit juvenis, et post conjugium rursus in alteram mulierem oculos suos converterit, quid, quæso, prodest conjugium ? Imo tam majus supplicium debetur, et indignum est venia peccatum, cum intus residente uxore seipsam meretricum congressu polluat, et adulterium committat. Quippe uxore ducta, tametsi meretrix est, quæ se mariti congressu contaminat, adulterium est illud facinus. Hæc autem jam sunt, et contractis nuptiis ad mulieres meretrices currunt,

quoniam ante nuptias castitatem servare non didicerunt. Hinc pugnae, maledicta, domorum eversiones, et quotidiana bella: hinc fit ut erga uxorem amor diffluat et marcescat, cum lupanarium frequentatione dissolvatur. Quod si castitatem servare discat, praeter omnibus expetendam uxorem suam arbitrabitur, multa illam cum benevolentia contuebitur, magnamque cum illa concordiam conservabit: si vero pax fuerit et concordia, omnia bona in domum illam introibunt. Ut igitur et res hujus vitae recte a nobis dispensentur, et cum illis regnum caelorum consequamur, hujus praecipue mandati gratia et nostrum et liberorum curam geramus, ne sordidis vestimentis induti in nuptias illas spirituales intremus, sed cum fiducia fruamur honore, qui dignis est illic reservatus: quem utinam omnes assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, honor, imperium, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

SERMO II.

De fide Annae, deque philosophia, hoc est, animi moderatione, et modestia ipsius, et de honore deferendo sacerdotibus; et quod tum in initio, tum in fine prandii sit orandum.

1. *Efficacia orationis exemplo Annae probatur; Anna simul mater et pater.* — Nihil precationi par est, carissimi, neque quidquam fide potentius. Utrumque nobis nuper declaravit Anna: cum his enim muneribus accedens ad Deum, omnia quae voluit effecit. Siquidem et naturam sterilem correxit, et vulvam quae erat conclusa aperuit, et probrum sustulit, et convicia aemulae dissolvit, seque ipsam ad magnam restituit fiduciam, dum e petra infrugifera spicam messuit comantem. Omnes audistis quomodo fleverit, quomodo precata sit, quomodo oravit et exoravit: concepit, peperit, educavit et consecravit Samuelem. Itaque non aberravit, qui hanc mulierem pueri simul et matrem et patrem appellavit. Quamquam enim vir addiderat semen, hujus tamen precatio vim efficaciamque semini praebuit, effecitque ut Samuel honestioribus exordiis nasceretur. Neque enim sicut in caeteris hominibus somnus et congressus tantum parentum, verum preces, lacrymae, fidesque fuerunt hujus generationis principia, eoque caeteris illustriorem habuit ortum propheta, propter matris fidem natus. Ideo de hac muliere jure quis dixerit: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent (Psal. 125. 5)*. Hanc aemulemur viri, hanc imitentur feminae: nam utriusque sexus magistra est mulier. Quae steriles sunt, ne desperent: quae matres sunt, sic educent natos liberos; sed omnes simul imitemur mulieris philosophiam, quam habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, studiumque quod habuit post partum. Quid enim esse possit illa muliere magis philosophicum, quae calamitatem adeo intolerabilem placide fortiterque tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, malique finem reperit, tum admirandum, tum incredibilem; nullo e

terrenis accito adjutore et opitulatore? Noverat enim humanitatem Domini, eoque sola illum adiit, et quidquid voluit impetravit. Neque enim humanum auxilium, sed divinam gratiam requirebat illius tristitia correctione: ea enim non nascebatur ex jactura pecuniarum, ut aliquis allato auro dilueret angorem: neque ex adversa corporis valetudine, ut accitis medicis morbum posset abigere. Natura erat male affecta, caelestem manum desiderans. Eoque sane praetermissis omnibus terrenis, ad naturam Dominum confugit, nec prius destitit, quam illum exoraret, ut orbitatem toleret, ac vulvam aperiret, eque sterili faceret matrem. Itaque beata est et ob hoc, non quod mater facta sit, sed quod, cum non esset, facta sit. Siquidem illud est naturae commune, hoc autem erat eximum feminam meritum. Beata quidem igitur et propter nixus illos, nihilominus tamen beata propter omnia illa quae partum praecesserunt. Scitis enim profecto omnes, sive mulieres, sive viri, nihil gravius aut intolerabilius accidere posse feminae, quam ut liberis careat; adeo ut si mille prosperitatibus aliqui fruatur, dolorem ex hoc vulnere natum numquam ex animo valeat depellere. Quod si id nunc adeo est intolerandum, cum ad majorem philosophiam vocati sumus, cumque ad caelum tendentibus nullus est rerum praesentium respectus, sed ad alteram vitam adornamur, cumque multis laudibus effertur virginitas: cogita quantae infelicitatis ea res visa tum fuerit, cum futurorum nulla esset spes, ac ne cogitatio quidem veteribus illis, sed omnia fierent rerum praesentium gratia: cum id temporis sterilem et orbam esse feminam, damnationis notam ferret. Nemo possit eloqui, nec ullo sermone consequi doloris magnitudinem ex hoc vulnere venientis. Testes vero sunt feminae, quae cum in caeteris omnem exhibuerint philosophiam, hanc infelicitatem non pertulerunt aequo animo; sed quaedam maritis indignatae sunt, aliae sibi vitam judicarunt esse injunctam. Hanc vero feminam non anxietate modo a sterilitate proveniens, verum et aliud quiddam obsidebat malum, ira videlicet propter aemulae opprobria. Et sicut ventis ex adverso inter sese concurrentibus, mediamque scapham, dum inter se depugnant, corripientibus, ac multis fluctibus partim a prora, partim a puppi insurgentibus, gubernator clavo assidens servat navim, undarum incursus gubernandi prudentia depellens: sic et mulier tum illa, cum ira et angor ceu venti in animum ipsius facerent impetum, rationem illius perturbantes, multosque fluctus excitarent, non jam biduum aut triduum, aut dies vixinti, sed et totos annos (nam hoc, ut ait Scriptura, multo tempore factum est [1. Reg. 4. 7]) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem Dei timor, tamquam naucerus gubernaculis assidens, persuasit eam tempestatem magno animo perferendam esse; nec prius destitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum navem onere plenam, hoc est, uterum pretioso thesauro constum. Neque enim aurum argentumve portabat, sed prophetam

καὶ μετὰ γάμον πρὸς τὰς ἐταιριζόμενας γυναῖκα; τρέχουσιν, ἐπειδὴ πρὸ τοῦ γάμου σωφρονεῖν οὐκ ἐμέ-
 λτησαν. Ἐντεῦθεν μάχαι, καὶ λοιδορίαι, καὶ οἰκιῶν
 ἀνατροπαί, καὶ καθημερινοὶ πόλεμοι· ἐντεῦθεν ὁ πρὸς
 τὴν γυναῖκα ἔρωσ ὑποβρῆξί καὶ μαραινεται, τῆς ἐν τοῖς
 πορνείοις ὀμιλίας ἐκλουσῆς αὐτόν. Ὡς ἂν σωφρονεῖν
 μάθῃ, πάντων ποθεινότεραν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἡγή-
 σεται, καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὴν ἔψεται τῆς εὐνοίας, καὶ
 πολλὴν πρὸς αὐτὴν τηρήσει τὴν ὁμόνοιαν, εἰρήνης δὲ
 οὐσῆς καὶ ὁμονοίας, πάντα εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην
 εἰσελεύσεται τὰ ἀγαθὰ. Ἴν' οὖν καὶ τὰ ἐνταῦθα [711]
 ἡμῖν καλῶς οἰκονομηται, καὶ μετὰ τούτων καὶ τῆς
 βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχωμεν, καὶ ἡμῶν αὐτῶν
 καὶ τῶν παιδίων προνοώμεν, ταύτης ἔνεκεν μάλιστα
 τῆς ἐντολῆς, ὅπως μὴ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένοι ἱμάτια, εἰς
 τὸν πνευματικὸν ἐκείνον εἰσελθῶμεν γάμον, ἀλλὰ μετὰ
 παρρησίας πολλῆς ἀπολαύσωμεν τῆς ἐκεῖ κειμένης
 ταῖς ἀξίους τιμῆς· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν,
 χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
 Χριστοῦ, μεθ' οὗ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν τῷ
 ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας
 τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Β'.

*Εἰς τὴν πίστιν τῆς Ἀγγελίας, καὶ εἰς τὴν φιλοσοφίαν,
 καὶ εἰς τὴν ἐπισκεψίαν αὐτῆς, καὶ περὶ
 τῆς εἰς τοὺς ἱερέας τιμῆς, καὶ εἰς τὸ δεῖν καὶ
 ἀρχομένους ἀρίστου, καὶ λήγοντας εὐχισθαι.*

α'. Οὐδὲν ἄρα ἴσον εὐχῆς, ἀγαπητοῦ, οὐδὲν πίστεως
 δυνατώτερον. Ἀμφοτέρα εἰδείξεν ἡμῖν ἡ Ἄννα πρῶν·
 μετὰ γὰρ τούτων προσελθούσα τῷ Θεῷ τῶν δώρων,
 πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἦνυσε, καὶ φύσιν πετηρωμένην
 ἠωρῆσθε, καὶ μήτραν κεκλεισμένην ἀνέψξε, καὶ αἰ-
 σχύνην ἀνέλε, καὶ τὰ ὄνειδ' τῆς ἀντιζήλου κατέλυσε,
 καὶ πρὸς παρρησίαν ἑαυτὴν πολλὴν ἐπανήγαγεν, ἐκ
 πέτρας ἀγόνου στάχυν κομώντα θερίσασα. Καὶ πάν-
 τες ἠκούσατε, πῶς ἠῤῥαστο, πῶς ἤτησε, καὶ ἔπεισε
 καὶ ἔλαβε, καὶ ἔτεκε καὶ ἔθρεψε καὶ ἀνέθηκε τὸν Σα-
 μουήλ. Ὅστε οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι, μητέρα ὄμου καὶ
 πατέρα τοῦ παιδίου τὴν γυναῖκα ταύτην προσειπῶν.
 Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀνὴρ ἔσπειρεν, ἀλλὰ τῷ σπέρματι τὴν
 δύναμιν ταύτης παρέσχεν ἡ εὐχή, καὶ σεμνοτέρας τοῦ
 Σαμουήλ τὰς ἀρχὰς τῆς γεννήσεως ἐποίησεν. Οὐ γὰρ
 δὴ, καθάπερ ἐπὶ τῶν λοιπῶν, ὕπνος καὶ σύνοδοι τῶν
 γεννησαμένων μόνον, ἀλλ' εὐχαί, καὶ δάκρυα, καὶ
 πίστις ἀρχαί τῆς γεννήσεως ταύτης ἐγένοντο, καὶ
 σεμνοτέρας τῶν ἄλλων ἔσχε τὰς γονὰς προφήτης, διὰ
 τὴν πίστιν τῆς μητρὸς γεγονώς. Διὰ καὶ περὶ ταύτης
 εὐκαίρως ἂν τις εἴποι τῆς γυναίκος· *Ὁ σπείροντες
 ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θριοῦσι.* Ταύτην ζη-
 λῶσωμεν ἄνδρες, ταύτην μιμησώμεθα, γυναῖκες· καὶ
 γὰρ ἑκατέρου τοῦ γένους διδάσκαλός ἐστιν ἡ γυνή.
 Ὅσαι στείραι, μὴ ἀπαγορευέτωσαν· ὅσαι μητέρας,
 ὅτω τρεφέτωσαν τεχθέντα τὰ παιδιά· καὶ πάντες
 ζηλώσωμεν τῆς γυναίκος τὴν φιλοσοφίαν τὴν πρὸ τοῦ
 τόκου, τὴν πίστιν τὴν ἐν τῷ τόκῳ, τὴν σπουδὴν τὴν
 μετὰ τὸν τόκον. Τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς γυναίκος ἐκεί-
 νης φιλοσοφώτερον, ἢ συμφορὰν οὕτως ἀφόρητον
 πρῶτος ἦνεγκε καὶ γενναίως, καὶ οὐκ ἀπέστη πρότε-
 ρον, ἕως ἔλυσε τὸ δεῖνόν, καὶ τοῦ κακοῦ πέρας· εὔρε
 θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, οὐδένα κάτωθεν λαβοῦσα
 σύμμαχον καὶ βοηθόν; Καὶ γὰρ ἦδει τὴν τοῦ Δεσπό-
 του φιλανθρωπίαν· [712] διὰ καὶ μόνῃ προσῆλθε, καὶ
 ἦνυσεν ὅπερ ἠθέλησεν. Οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης βοηθείας,

ἀλλὰ τῆς Θείας εἰδέτο χάριτος ἢ διόρθωσις τῆς ἀθυ-
 μίας ἐκείνης· καὶ γὰρ οὐκ ἐν ζημίᾳ χρημάτων ἦν,
 ἵνα τις ἐνεγκῶν χρυσίον λύση τὴν ἀθυμίαν· οὐκ ἐν
 σώματος ἀβρωσίᾳ, ἵνα ἡ λατρῶν παρακαλέσῃ παιδας,
 καὶ ἀπελάσῃ τὸ νόσημα. Φύσις ἦν ἡ ἐπιρραζομένη.
 τῆς ἀνωθεν δεομένη χειρὸς. Διὸ δὴ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς
 ἀφείσα, πρὸς τὸν τῆς φύσεως ἔθραμε Δεσπότην, καὶ
 οὐκ ἀπέστη πρότερον, ἕως ἂν αὐτὸν ἔπεισε λύσαι τὴν
 ἀπαιδίαν, καὶ τὴν μήτραν ἀνοίξαι, καὶ ποιῆσαι με-
 τέρα τὴν στείραν. Μακαρία μὲν οὖν καὶ διὰ τοῦτο,
 οὐχ ὅτι μήτηρ ἐγένετο, ἀλλ' ὅτι οὐκ οὔσα ἐγένετο.
 Ἐκεῖνο μὲν γὰρ κοινὸν τῆς φύσεως, τοῦτο δὲ ἐξαιρε-
 τικὸν τῆς γυναικὸς ἦν κατόρθωμα. Μακαρία μὲν οὖν
 καὶ διὰ τὰς ὠδίνων ἐκείνας, μακαρία δὲ οὐχ ἦττον
 καὶ διὰ τὰ πρὸ τῶν ὠδίνων ἅπαντα. Ἴστε γὰρ δῆπου
 πάντες, καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, ὡς οὐδὲν ἀφορη-
 τότερον ἀπαιδίας γυναικὶ γένοιτο· ἂν· ἀλλὰ κἂν μυ-
 ριάκις ἂ ἀπολαύῃ τῆς εὐήμερίας, τὴν ἐκ τῆς πληγῆς
 ταύτης ὀδύνην ἐγγυμμένην αὐτῇ οὐκ ἂν ποτε ἀπο-
 κρούσαιο. Εἰ δὲ νῦν οὕτως ἀφόρητον, ὅτε πρὸς
 μείζονα φιλοσοφίαν ἐκλήθημεν, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν
 ὀδεύομεν, καὶ λόγος ἡμῖν τῶν παρόντων οὐδεὶς, ἀλλὰ
 πρὸς ἑτέραν ζωὴν παρασκευαζόμεθα, καὶ πολὺ τὸ
 τῆς παρθενίας ἐγκώμιον, ἐνόησον ἠλίκων τότε κακὸν
 τὸ πρᾶγμα ἐνομιζέτο εἶναι, ὅτε τῶν μαλλόντων μὲν
 οὐδεμία τις ἦν ἐλπίς, οὐδὲ ἔννοια τοῖς παλαιοῖς, πάντα
 δὲ ὑπὲρ τῶν παρόντων ἔπραττον πραγμάτων, καὶ ἀρά
 τις ἦν καὶ καταδικὴ τὸ στείραν εἶναι καὶ ἄγονον. Οὐκ
 ἔστιν εἰπεῖν, οὐδὲ παραστήσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀπὸ τῆς
 πληγῆς ταύτης ὀδύνην. Μαρτυροῦσι δὲ γυναῖκες, ὅσαι
 πᾶσαν μὲν ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, ταύτην δὲ τὴν
 δυσκληρίαν οὐκ ἦνεγκαν· ἀλλ' αἱ μὲν πρὸς τοὺς ἄν-
 δρας ἐδυσχέλαινον, αἱ δὲ τὸν βίον ἀδίωτον εἶναι ἐνό-
 μισαν. Τὴν δὲ γυναῖκα ταύτην οὐκ ἀθυμία μόνον ἢ
 διὰ τὴν στείρωσιν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐπολιόρκει πάθος,
 θυμὸς διὰ τὰ ὄνειδ' τῆς ἀντιζήλου. Καὶ καθάπερ
 ἀνέμων ἀπεναντίας ἀλλήλους ἐμπιπτόντων, καὶ σκάφος
 μέσον ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀπολαθόντων μάχῃ, καὶ
 πολλὰ μὲν ἀπὸ τῆς πρῶτης, πολλὰ δὲ ἀπὸ τῆς πρῶ-
 τας γειρόντων τὰ κύματα, ὁ κυβερνήτης ἐπὶ τῶν
 οἰάκων καθήμενος διασώζει τὴ σκάφος, τὰς τῶν κυ-
 μάτων ἐμβολὰς τῇ τῆς ἐπιστήμης σοφίᾳ διακρούμε-
 νος· οὕτω καὶ ἡ γυνὴ τότε ἐκείνη, καθάπερ πνευμά-
 των ἐναντίων, τοῦ θυμοῦ, καὶ τῆς ἀθυμίας, εἰς τὴν
 ψυχὴν αὐτῆς ἐμπεισόντων, καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς
 διακοπτόντων, καὶ πολλὰ τὰ κύματα ἐγειρόντων, οὐχὶ
 δύο, καὶ τρεῖς, καὶ εἰκοσι ἡμέρας, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτοὺς
 ὀλοκλήρους (καὶ γὰρ ἐξ ἱκανοῦ τοῦτο ἐγένετο, φησίν)
 ἦνεγκε τὸν χειμῶνα γενναίως, καὶ καταποντισθῆναι
 τὸν λογισμὸν οὐκ εἴσαεν. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ φόβος,
 καθάπερ κυβερνήτης ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος,
 [713] ἔπειθε γενναίως φέρειν τὸ κλυδωνίον ἐκεῖνο·
 καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη διακυβερνῶν αὐτῇ τὴν ψυ-
 χὴν, ἕως εἰς τὸν εὐδίων λιμένα κατήγαγε πεπληρω-
 μένην τοῦ φορτίου τὴν ναῦν, καὶ πολυτίμου θησαυ-
 ροῦ τὴν γαστέρα γέμουσαν. Ὁ γὰρ χρυσίον. οὐδὲ ἀρ-
 γύριον ἐδάσταξεν, ἀλλὰ προφήτην καὶ ἱερέα· καὶ

^a Colb. duo et Reg. οὐ σώματος ἀβρωσίᾳ σύμμετρος, ἴνα.

^b Reg. κἂν μυριάς.

δεικούς ἦν αὐτῆς τῆς γαστρὸς ὁ ἁγιασμός, ὅτι τε τοιοῦτον ἦν τὸ κνούμενον παιδίον, ὅτι τε ἐξ εὐχῆς καὶ τῆς ἐκκενῆς χάριτος τὴν ἀρχὴν τῆς κηρύσεως ἔλαβεν.
β'. Οὐχ ὁ φόρτος δὲ μόνον παράβολος ἦν καὶ θαυμαστός, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος τῆς ἐμπορίας παραδοξότερος γέγονεν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸν ἀνθρώπους ἀπέδοτο, οὔδ' ἐμπόρους τιὰ καὶ καπηλούς, ἀλλ' εὐθέως αὐτὸν ἐκβαλοῦσα τοῦ σκάφους ἐπάλῃσε τῷ Θεῷ· καὶ τοσαύτην εἰργάσατο τὴν ἐμπορίαν, ὅσην εἰκὸς ἦν Θεῷ συμβαλοῦσαν ἐργάσασθαι. Μετὰ γὰρ τὸ λαβεῖν αὐτὸν, ἀντίδωκεν ἕτερον αὐτῇ τέκνον· μᾶλλον δὲ οὐχ ἓν, οὐδὲ δύο, οὐδὲ τρία, καὶ τέσσαρα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν πλείονα. "Ὅτι στεῖρα, φησὶν, ἔτεκεν ἑπτά, καὶ ὑπερέβη τὸ κεφάλαιον ὁ τόκος. Τοιαύτη γὰρ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν πραγματεία· οὐ τὸ πολλοστὸν τοῦ κεφαλαίου, ἀλλὰ τὸ πολυπλάσιον ἀποδίδωσι. Καὶ οὐ θήλεα μόνον ἔδωκε τὰ παιδιά, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑκατέρας τῆς φύσεως τὸν τόκον αὐτῆς συνεκρότησεν· ὥστε ἀπηρτισμέτην αὐτῇ γενέσθαι τὴν ἡθονήν. Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ἐπαινέσητε μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ζηλώσητε τὴν πίστιν, τὴν ἀνεξικακίαν τῆς γυναικὸς, ἣν ἠκούσατε μὲν ἐκ μέρους καὶ πρώην· ὥστε δὲ καὶ τὰ λείψανα ἀποδοῦναι, ὅσπερ μὲν μικρὸν δηγήσασθαι περὶ τῶν βημάτων τῶν μετὰ τὴν πρώτην εὐχὴν πρὸς τὸν ἱερέα καὶ τὸν παῖδα τοῦ ἱερέως γενομένων, ἵνα μάθητε τὸ πρῶτον καὶ τὸ ἡμερον φρόνημα τῆς γυναικὸς. Καὶ ἐγένετο, φησὶν, ὅτε ἐπλήθυνε προσευχομένη ἐνώπιον Κυρίου, καὶ Ἡλὶς ὁ ἱερεὺς ἐφύλασσε τὸ στόμα αὐτῆς.

Διπλὴν ἐνταῦθα ὁ συγγραφεὺς ἀρετὴν μαρτυρεῖ τῆ γυναικί, καὶ τὴν καρτερίαν τὴν ἐν ταῖς εὐχαῖς, καὶ τὸ τῆς διανοίας ἐργηγορὸς· τὸ μὲν, διὰ τοῦ εἰπεῖν, "Ἐπλήθυνε"· τὸ δὲ, διὰ τοῦ προσθεῖναι, "Ἐνώπιον Κυρίου"· πάντες μὲν γὰρ εὐχόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ὅταν γὰρ τοῦ σώματος ἐπὶ τῆς κειμένης, καὶ τοῦ στόματος εἰκὴ ληροῦντος, ἡ διάνοια πανταχοῦ τῆς οἰκίας καὶ τῆς ἀγορᾶς περιέρχεται, πῶς ὁ τοιοῦτος δυνήσεται εἰπεῖν, ὅτι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἠΐξαστο; Ἐνώπιον γὰρ Κυρίου εὐχεται ὁ πάντοθεν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν συλλέγων, καὶ μηδὲν ἔχων κοινὸν πρὸς τὴν γῆν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἢ ἑαυτὸν μετοικίσας, καὶ πάντα ἀνθρώπινον λογισμὸν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐκβαλὼν· καθάπερ οὖν καὶ αὕτη ἡ γυνὴ ἐποίησε τότε· ἔλην γὰρ ἑαυτὴν συναγαγούσα, καὶ συντείνασα τὴν διάνοιαν, ἐκάλεσε τὸν Θεὸν μετ' ὀδυνημένης ψυχῆς. Πῶς δὲ φησὶν, ὅτι καὶ ἐπλήθυνε τὴν εὐχὴν; καίτοι γε βραχὺ τὸ μέτρον τῆς εὐχῆς τῆς γυναικὸς. Οὐ γὰρ μακροὺς [714] ἀπέτεινε λόγους, οὐδὲ εἰς μῆκος τὴν ἱκετηρίαν ἐξέτεινε, ἀλλ' ὀλίγα καὶ ψιλά εἶπε βήματα. Ἄδωναι Κύριε Ἐλωὶ Σαβαὶωθ, ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπεινώσειν τῆς δούλης σου, καὶ μνησθῆς μου, μὴ ἐπιλάβῃς τῆς δούλης σου, καὶ ὄψω τῆ δούλης σου σπέρμα ἀνδρός, δώσω αὐτὸ ἐνώπιόν σου δοτὸν ἕως ἡμερᾶς θανάτου αὐτοῦ. Καὶ ὄψων καὶ μέθυσμα οὐ μὴ

πίσται, καὶ σίδηρος οὐκ ἀναθήσεται ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Ποῖον τοῦτο πλῆθος βημάτων; Τί ποτ' οὖν ἠνίκατο εἰπεῖν, "Ἐπλήθυνε"; Συνεχῶς τὰ αὐτὰ ἐφθέγγετο, καὶ οὐκ ἀφίστατο κολῶν διαπαντὸς χρόνον διὰ τῶν αὐτῶν βημάτων. Ὅβτω γοῦν καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς ἐπέταξεν εὐχεσθαι. Εἰπὼν γὰρ τοῖς μαθηταῖς, μὴ κατὰ τοὺς ἰθνηκοὺς εὐχεσθαι, καὶ μὴ βαττολογεῖν, καὶ μέτρον ἡμᾶς εὐχῆς ἐδέξατο· δεικνύς ὅτι οὐκ ἐν τῷ πλήθει τῶν βημάτων, ἀλλ' ἐν τῇ νήφει τῆς διανοίας καίεται τὸ ἀκουσθῆναι. Πῶς οὖν, φησὶν, εἰ ὀλίγα δεῖ εὐχεσθαι, παραβολὴν εἶπεν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν αἰετὸν προσεύχεσθαι, ὅτι χῆρα τις ἦν, ἣ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐντεῦθεν ὧμιν δικαστὴν καὶ ἀπάνθρωπον, οὔτε Θεοῦ φόβον, οὔτε ἀνθρώπων ἔχοντα αἰδῶ, τῇ πυκνότητι τῆς προσόδου κατέκαμψε; Πῶς δὲ καὶ ὁ Παῦλος παραινεῖ λέγων, Τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, καὶ πάλιν, Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε; Εἰ γὰρ δεῖ μὴ μακροὺς ἀποτεινῆναι λόγους, καὶ συνεχῶς εὐχεσθαι, ἑναντίον τοῦτο ἐκαίνου. Ἄλλ' οὐκ ἔστιν ἑναντίον, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συμβαλόν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς καὶ ὁ Παῦλος βραχείας καὶ πυκνάς ποιήσαντες τὰς εὐχὰς ἐκλινοῦσαν ἐξ ὀλίγων διαλειμμάτων. Ἄν μὲν γὰρ εἰς μῆκος ἐκτείνῃ τὸν λόγον, ὀλιγωρήσας πολλάκις, πολλὴν ἔδωκε τῆς ἀδειαν τῷ διαδόλῳ προσελθεῖν, καὶ ὑποσκελισαί, καὶ τὴν διάνοιαν ἀπαγαγεῖν τῶν λεγομένων· ἂν δὲ συνεχῶς καὶ πυκνὰς ποιῆς τὰς εὐχὰς, τὸν καιρὸν ἀπαντα τῇ πυκνότητι διαλαμβάνων, δυνήσῃ σωφρονεῖν εὐκόλως, αὐτὰς τε τὰς εὐχὰς μετὰ πολλῆς ποιήσῃ τῆς νήψεως. Ὅ δὲ καὶ αὕτη ἐποίησε, οὐ μακροὺς ἀποτεινούσα λόγους, ἀλλὰ συνεχῶς καὶ πυκνότερον προσευούσα τῷ Θεῷ. Εἶτα ἐπαυθὲ ἐπιστόμισεν αὐτὴν ὁ ἱερεὺς· τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ, Ἐφύλασσε τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ τὰ χεῖλη αὐτῆς ἐκνεῖτο, φωνὴ δὲ αὐτῆς οὐκ ἠκούετο· ἐδίδαστο καὶ ὑπακούσαι τῷ ἱερεῖ, καὶ τῆς εὐχῆς ἀποστῆναι. Ἐπιστόμιστο οὖν αὐτῆς ἡ φωνή, οὐκ ἐπιστόμιστο δὲ ἡ παρρησία, ἀλλὰ μειζόνως ἡ καρδία ἐνθὸν ἔδδα. Τοῦτο γὰρ ἔστι μέγιστα εὐχῆ, ὅταν ἐνθὸν αἰ βολὰ ἀναφέρωνται· τοῦτο μέγιστα ψυχῆς παπνημένης, μὴ τῷ τῶν τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς διανοίας τὴν εὐχὴν ἐπιλείκυσθαι.

γ'. Ὅβτω καὶ Μωϋσῆς ἠύχετο· διὸ καὶ μηδὲν αὐτοῦ φθειρομένου, φησὶν ὁ Θεός, Τί βοῆς πρὸς με; Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ταύτης μόνον ἐπακούουσι τῆς φωνῆς. ὁ δὲ Θεὸς πρὸ ταύτης τῶν ἐνδοθεν κραζόντων ἀκούει. [715] Ἄρα ἔστι καὶ μὴ κρᾶζοντας ἀκούεσθαι, καὶ ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζοντας εὐχεσθαι κατὰ διάνοιαν μετὰ πολλῆς ἀκριθείας, καὶ μετὰ φιλῶν συνεδρευόντας, καὶ πᾶν ὀτιοῦν ποιοῦντας μετὰ σφοδρᾶς τῆς βοῆς καλεῖν τὸν Θεὸν, τῆς ἐνθὸν λέγω, καὶ μηδενὶ τῶν παρόντων κατὰδῆλον ταύτην ποιεῖν. Ὅπερ οὖν καὶ ἡ γυνὴ αὕτη τότε ἐποίησε. Φωνὴ γὰρ αὐτῆς οὐκ ἠκούετο, φησὶ· καὶ εἰσηκούσεν αὐτῆς ὁ Θεός. Τοιαύτη ἦν αὐτῆς ἐνδοθεν ἡ κραυγὴ. Καὶ εἶπεν αὐτῇ τὸ παιδάριον Ἡλὶς· Ἔως ποτε μεθυσθήσῃ; Περιελούσα τὸν οἶνον σου ἀπὸ σοῦ, ἀπελθε ἐκ προσώπου Κυρίου. Ἐνταῦθα μέγιστα ἔστι τὴν φιλοσοφίαν τῆς γυναικὸς ἰδεῖν. Καὶ τῆς οἰκίας ἡ ἀντιζηλος ἐνεδείξεν· ἦλθεν εἰς τὸν ναὸν, καὶ τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως ὕβρισε, καὶ ὁ ἱερεὺς

^a Reg. et Colb. duo ἐπαινέσωμεν... ζηλώσωμεν.

^b Τὸν οὐρανὸν δεσπ. in Colb. et in Reg.

^c Colb. duo et Reg. ἱκετηρίαν ἐξέτεινον. Savil. et Morel. ἱκετηρίαν ἐξέβαλον.

et sacerdotem; eratque gemina ejus uteri sanctificatio, et quod tali puero pragnans esset, et quod conceptionis initium per precationem ac caelestem gratiam accepisset.

3. Onus autem illud non solum erat inopinatum et admirabile, verum et negotiationis modus fuit admirabilior: neque enim illud hominibus ullis vendidit aut negotiatoribus, sed protinus ut exposuerat e scapha, Deo vendidit: tantum autem hac negotiatione lucrum fecit, quantum facere par est eam, quæ cum Deo habuerit commercium. Etenim posteaquam eum fetum acceperat Deus, reddidit illi alterum filium: imo potius, non unum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantum, sed his multo plures, *Quia sterilis*, inquit, *peperit septem* (1. Reg. 2. 5), et usura sortem excausat. Talis enim est negotiatio, quæ cum Deo geritur: non ille quantulumcumque sortis partem, sed in multis partibus conduplicatam reddit. Neque solum dedit illi proles femineas, sed ex utroque sexu lucrum illius cumulavit, ut illi jam perfectum contingerit gaudium. Hæc eo commemoro, non ut laudetis tantum, sed et æmulemini¹ hujus mulieris fidem ac tolerantiam, quam ex parte quidem audistis nuper; verum ut reliquias persolvamus, concedite mihi pauca commemorare de sermonibus post primam precationem cum sacerdote ejusque ministro habitis, ut perspicuis mitem ac placidum hujus mulieris animum. *Et factum est*, inquit, *cum multiplicaret precationem in conspectu Domini, Heli sacerdos observabat os illius* (Ibid. 1. 12).

Duplicem Annæ virtutem laudat. Assidue orandum. — Geminam scriptor hic virtutem in femina suo testimonio comprobavit: in precibus assiduitatem et animi vigilantiam: illam quidem, cum ait, *Multiplicavit*; hanc, cum addidit, *In conspectu Domini*: nam omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu Dei. Etenim cum corpore in terra prostrato, et ore temere delirante, mens ubique per domum ac forum circumvagatur: quo ore talis possit dicere, quod oraverit in conspectu Dei? Nam in conspectu Domini orat, qui orat undique colligens suam mentem, nihil habens cum terra commercii, sed ad ipsum caelum² totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa: quemadmodum id temporis hæc fecit mulier: totam enim sese collegerat ac mentem intenderat, atque ita Deum invocavit animo dolente. Sed cur dicit, eam multiplicasse precationem, quando exiguus est modus precationis, quam fudit mulier? Neque in longum produxit sermonem, neque in multum temporis extendit³ supplicationem, sed pauca nudaque verba proloquuta est. *ADONAI DOMINE ELOI SABAOTH, si respiciens respiceris ad humilitatem ancillæ tuæ, meique memor fueris, nec obtineas ancillæ tuæ, dederisque ancillæ tuæ prolem masculinam, offeram illam dono in conspectu tuo, neque ad diem mortis ipsius. Vinum et quidquid in-*

¹ Reg. et Colb. duo, non ut laudemus tantum, sed et æmulemur, etc.

² Vox, caelum, deest in Colb. et Reg.

³ Sic Colb. duo et Reg., melius quam Savil. et Morel., qui habent, *object*.

ebriat non bibit, et ferrum non ascendet super caput ejus (1. Reg. 1. 11). Quæ est hic verborum multitudo? Quid igitur innuit, cum ait, *Multiplicavit*? Hæc frequenter dicebat, nec destitit iisdem verbis iterandis multum temporis absumere. Ita et Christus in Evangelio docuit orare. Cum enim jussisset discipulis, ne more gentilium orarent, utentes multiloquio, etiam modum precationis docuit (Matth. 6. 7): ostendens, ut exaudiamur non esse situm in verborum multitudine, sed in vigilantia mentis. Quomodo igitur, dixerit aliquis, si paucis orandum est, parabolam eis proposuit, admonentem semper esse orandum? Vidua quædam erat, quæ assidue appellando crudellem et inhumanum judicem, neque Deum timentem, neque homines reverentem, frequenter adiens flexit (Luc. 18. 3-5). Quomodo nos et Paulus hortatur dicens, *Precationi instantes* (Rom. 12. 12), ac rursus, *Indesinenter orate* (1. Thess. 5. 17)? Nam si verba proferre in longum non oportet, et tamen assidue orare, hoc cum illo pugnat. Non inter se pugnant ista; abest: sed magnopere inter se congruunt. Siquidem et Christus et Paulus jussit breves, sed crebras fieri precationes ex paucis intervallis. Nam si in longum extenderis verba, cum frequenter parum sis attentus, multam audaciam diabolo suppeditasti, ut accedat supplantetque, ac mentem ab iis quæ dicuntur avocet: quod si frequenter ac subinde oraveris, tempus omne crebris dirimens intervallis, facile poteris esse sobrius ac vigilans, ut precationem multa cum attentione perficias. Quod sane hæc fecit, dum non longo sermone, sed crebris ac frequentibus precibus adiit Deum (1. Reg. 1. 12. 13). Deinde posteaquam sacerdos illi occlusit os: nam hoc est quod ait, *Observabat os ejus, et labia ejus movebantur, vox autem illius non audiebatur*: coacta est obedire sacerdoti, et ab orando desistere. Et vox quidem illi interclusa est, at non est exclusa fiducia, sed vehementius etiam cor clamabat intus. Nam illa potissimum est precatio, cum ab intimalis voces sursum feruntur: hoc præcipue mentis est exercitatio, non intentione vocis, sed animi fervore precationem absolvere.

3. Sic cravit et Moses: qui cum nihil voce resonaret, Deus tamen, *Quid, inquit, clamas ad me* (Exod. 14. 15)? Homines quidem externam hanc vocem tantum audiunt, at Deus et ante hanc intus inclamantes audit. Itaque fieri potest, ut etiam qui non clamant audiantur, ut per forum ambulans quis oret accuratissime, et in consensu amicorum aliorumque quidvis aliud agens vehementi clamore invocet Deum, clamore, inquam, interno, etiam si nihil faciat, quod a quoquam presentium sentiat. Quod sanè tum hæc fecit mulier. *Vox, inquit, illius non audiebatur*; et exaudivit illam Deus: tantus erat illius clamor internus. *Et dixit illi puer Heli: Quousque eris ebrius? Dicitur vinum trum ab te, et recede a conspectu Domini* (1. Reg. 1. 14). Hic potissimum licet hujus mulieris philosophiam perspicere. Domi exprobrabat æmula; venit in templum, et sacerdotis puer afficit illam contumelia, et increpat ipse sacerdos. Effugerat dome-

aticam tempestatem, venit in portum, et rursus invenit fluctas: venit acceptura medicamen, sed addita est probrorum plaga, qua vulnus creseceret, nedum curaretur. Scitis enim (a) quomodo animi moerentes adversus contumelias et convicia sint affecti. Sicut enim acerba vulnera ne levem quidem manus contactum ferant: sic et animus perturbatus ac morosus ad omnia indignatur levique verbo mordetur et offenditur. Verum hoc non accidit huic mulieri, ne tum quidem, cum a puero conviciis peteretur. Nam si sacerdos fuisset conviciatus, non erat perinde miranda tolerantia: dignitatis quippe magnitudo, ac magistratus auctoritas vel invitam illam compulsiisset ad modestiam. Nunc vero nec adversus sacerdotis puerum indignata est: quo magis etiam sibi conciliavit Deum. Sic quoties opprobriis milleque malis affecti, conviciantes generoso ferimus animo, majorem nobis a Deo benevolentiam conciliamus.

Tolerantiam conviciorum occasio meriti Davidi. — Et unde hoc liquet? Ex his quae evenere Davidi. Quid autem illi evenit? Exsulabat aliquando e patria, simul et de libertate et vita sua periclitans, et exercitu adversus intemperantem illum juvenem tyrannum ac parricidam instructo, errabat in desertis (2. Reg. 16): nec tamen indignatus est, nec despondit animum apud Deum, neque dixit: Quid tandem hoc rei est? permisit ut filius insurgeret adversus illum, a quo gentus est: qui etiamsi quid haberet, de quo juste queri posset, non oportuit tamen id facere: nunc vero nec in parvo nec in magno laesus a nobis obambulat, cupiens dextram paterno sanguine polluere, et Deus haec videns patitur. Sed nihil horum dixit. Quin quod profecto majus est et admirabilius, errantem et undique expulsam Semei quidam vir improbus ac scelestus insectatus est, homicidio pollutum et impium appetens aliisque innumeris conviciis impetens: at ne sic quidem fuit exasperatus. Quod si quis dixerit: Quid mirum si non ultus est, cum propter imbecillitatem ulciscendi potestatem non haberet? primum illud dixerim: non perinde mirarer eum, si diadema gestans et regno potiens, inque solio sedens conviciantem pertulisset, ut nunc illum et laudo, et admiror tempore calamitatis philosophantem. Nam illic et imperii magnitudo, et conviciantis vilitas saepe persuasit, ut contumeliam negligeret. Multi reges frequenter similem animi moderationem praestiterunt, qui insignem conviciantium insaniam acceperunt pro excusatione. Neque enim aequae nos in rerum prosperitate atque in adversis opprobria mordere solent: sed ubi concidimus, tunc magis pungunt nos, acriusque mordent convicia. De hoc porro aliud quiddam licet addere, videlicet quod illi fuerit in manu vindictam sumere, nec sumpserit. Atque uti perspicias eam animi moderationem non fuisse impotentiae, sed patientiae, cum id dux exercitus cuperet sibi committi, ut ad conviciantem transiret, ejusque caput

amputaret, non solum non permisit David, verum etiam indignatus est, dicens: Quid mihi tecum, fili Sarviam? Sinite illum maledicere, ut videat Dominus humilitatem meam, et reddat mihi bona pro maledictis hujus in die hoc (2. Reg. 16. 12): quod quidem et evenit.

4. Vide justum intellexisse magno animo perpeti convicia, occasionem esse adipiscendae gloriae? Hanc ob causam Saulem aliquando nactus inter geminum parietem, cum esset occidendi facultas, pepercit, idque, cum comites hortarentur, ut gladio confoderet (1. Reg. 24). Sed neque tam prompta occidendi facultas, neque comitum qui aderant provocatio, neque multarum injuriarum, quas perpeccus fuerat, memoria, neque graviora patiendi periculum, ad stringendum gladium illum impellere potuerunt: tametsi neque exercitui manifestus homicidii futurus erat, si eandem illam patrasset: siquidem spelunca erat, nec ullus alius aderat (a), nisi ipse solus. Neque dixit quod quispiam adulterium commissurus dicebat: *Tenebrae circum me et muri, quid timeo* (Eccli. 23. 26)? sed insomnem oculum spectabat, et sciebat infinitis partibus splendidiore esse sole Domini oculos. Idcirco sic omnia agebat et loquebatur tanquam ipso praesente, et de iis quae dicebantur, iudicium ferente. Ait ergo, *Non inferam manum meam in christum Domini* (1. Reg. 24. 7). Non respicio improbitatem, sed respicio dignitatem. Neque mihi dicat aliquis illam esse violentum ac nefarium: ego enim Dei calculo honorem defero, quamvis indignus iste videatur. Non enim meum est hoc crimen, quod hic honore videatur indignus. Audiant qui sacerdotes aspernantur, discant quantum hic regi reverentiam exhibuerit. Tametsi multo dignior est honore ac veneratione sacerdos, quam rex, quanto ad majorem etiam vocatus est principatum. Discant non judicare, nec poenas exigere, sed subjici ac cedere. Nam tu quidem vitam sacerdotis minime nosti, quantumvis affectus ille sit ac vilis: hic vero cuncta probe noverat quae Saül patrarat: nihilominus sic delatum illi a Deo principatum reverebatur. Quod autem, quamvis eos probe noveris, venia tamen et excusatione indignus sis, si magistratus contempnas, nec eorum dictis obtempores, audi quo pacto hunc nobis praetextum per ea Christus eripuerit, quae in Evangelio dixit: *Super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisei: omnia ergo quaecumque dixerint vobis facienda facite; secundum vero opera eorum nolite facere* (Matth. 23. 2. 3). Videsne quo pacto quorum: deo depravati erant mores, ut digni casent, qui a discipulis reprehenderentur, eorum tamen adhortationem non aspernatus est, neque doctrinam rejecit? Haec non eo dico, quod sacerdotes velim accusare: absit; siquidem vos conversationis ac pietatis eorum testes estis; sed ut longe majorem illis reverentiam et honorem exhibeamus. Neque enim adeo in illos, atque in nos ipsos utilitas dimanabit. *Qui recipit ergo prophetam in no-*

(a) Hoc probrum intulisse dicitur matri Samuelis puer sive servus Heli secundum LXX interpretes. At in Hebraeo et in Vulgata ipse Heli solus inducitur Annam increpans.

(a) Nescio cur dicat nullum alium adfuisse; aderant enim ipsius Davidis milites, narrante Scriptura.

ἠπατίησεν. Ἐφυγε τὸν οἶκον χειμῶνα, ἦλθεν εἰς λιμένα, καὶ κύματα πάλιν εὔρεν· ἦλθε φάρμακον λαβεῖν, ἡ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ καὶ πλήρη διὰ τῶν ὄνειδῶν προσεκτήσατο, καὶ τὸ ἔλκος μᾶλλον δι' αὐτῶν ἀνεξαίεται. Ἰστε γὰρ πῶς αἱ ὀδυνώμεναι ψυχὰι πρὸς τὰς λοιδορίας καὶ τὰς ὕβρεις διάκεινται. Καθάπερ γὰρ τὰ μείζονα τῶν τραυμάτων, οὐ τὴν ἐτυχοῦσαν ἐπιβολὴν τῆς χειρὸς ἀνεχόμενα, χείρωνα γίνεται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τεταραγμένη δυσάρεστός τ' ἐστὶ, καὶ πρὸς ἅπαντα δυσχεραίνει. καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος δάκνεται ῥήματος. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν ἡ γυνή, καὶ ταῦτα, τοῦ παιδὸς λοιδορουμένου. Εἰ μὲν οὖν ὁ ἱερεὺς ἦν ὁ ὄβριχός, οὐχ οὕτω θαυμαστὴ ἦν ἡ ἀνεξικακία· τὸ γὰρ μέγεθος τοῦ ἀξιώματος, καὶ ὁ τῆς ἀρχῆς ὄγκος καὶ ἀκουσαν αὐτὴν ἐπειθε σωφρονεῖν. Νυνὶ δὲ οὐδὲ πρὸς τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως ἔδυσχέρανε· διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον τὸν Θεὸν εἰς εὐνοίαν ἐπεσπάσατο. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν λοιδορηθέντες*, καὶ μυρία παθόντες δεινὰ, τοὺς ὀνειδίζοντας φέρωμεν γενναίως, μείζονα παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν εὐνοίαν ἐπισπάσμεθα.

Πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἀπὸ τῶν τῷ Δαυὶδ συμβάντων. Τί δὴ οὖν οὗτος ἔπαθεν; Ἐξέπεσέ ποτε τῆς πατρίδος, καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐκινδύνευσεν, καὶ τοῦ στρατοπέδου πρὸς τὸν ἀκόλαστον νεανίσκον τὸν τύραννον ἐκείνον καὶ πατραλοῖαν μεταταξάμενος, ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ οὐκ ἔδυσχέρανε, οὐδὲ ἀπεδυσπέτησε πρὸς τὸν Θεόν, οὐδὲ εἶπε· Τί ποτε τοῦτο ἐστὶ; συνεχώρησε τῷ παιδί καταεξαναστήναι τοῦ γεγεννηκότος; καίτοι καὶ εἰ δίκαια ἐγκαλεῖν εἴχεν, οὐδὲ οὕτω τοῦτο γενέσθαι εἶπε· νυνὶ δὲ οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἠδικημένους παρ' ἡμῶν, περιέρχεται τὴν δεξιὰν ἐπιθυμῶν αἷματι μολῦναι πατρικῶν, καὶ ὁ Θεὸς ἀνέχεται ταῦτα ὀρών. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων εἶπε. Καὶ τὸ δὴ μείζον καὶ θαυμαστὸν, ὅτι πλανωμένων, καὶ πάντων ἐκπεπτωκότι, Σεμεεὶ τις ἄνθρωπος πονηρὸς καὶ μιὰρὸς ἐπέθετο αὐτῷ, μιὰφόνον ἀποκαλῶν καὶ ἀσεβῆ, καὶ ἑτέροις μυριοῖς αὐτὸν πλύνων ὀνειδασιν· ὁ δὲ οὐδὲ οὕτως^d ἤγγριανεν. Εἰ δὲ λέγοι τις· Ναὶ τί θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἠμύνατο [716] ἀσθενῆς ὢν, καὶ οὐκ ἰσχύων; πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐχ οὕτως αὐτὸν ἐθαύμασα εἰ τὸ διδάγμα καὶ τὴν βασιλείαν ἔχων, καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος, εἶτα λοιδορούμενος ἠγεγχεν, ὡς νῦν αὐτὸν ἐπαινῶ καὶ ἐκπλήττομαι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμφορᾶς φιλοσοφῆσαντα. Τότε μὲν γὰρ ὁ τῆς ἀρχῆς ὄγκος, καὶ τὸ εὐτελεὲς τοῦ ὕβριζόντος καταφρονῆσαι αὐτὸν πολλὰκις ἐπειθε. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι βασιλεῖς πολλὰκις τοιαῦτα ἐφιλοσόφησαν, τὴν ὑπερβολὴν τῆς μανίας τῶν ὀβριχῶτων εἰς ἀπολογίαν λαθόντες. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἡμῶν εὐημερίας ἀπολαύοντων, καὶ κακούμενων, τὰ ὀνειδῆ καθάπτεσθαι πέφυκεν· ἀλλ' ὅταν πταίσωμεν, τότε καθικνεῖται μειζῶνως ἡμῶν, καὶ δάκνει σφοδρότερον. Ἐπὶ δὲ τούτου. καὶ ἕτερόν τι πρὸς τοὺς εἰρημένους ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ κύριος ἦν ἀμύνασθαι, ἀλλ' οὐκ

ἠμύνατο. Καὶ ἴνα μάθης, ὅτι οὐκ ἀσθενείας, ἀλλ' ἀνεξικακίας ἦν ἡ φιλοσοφία, τοῦ στρατηγοῦ τότε ἀξιούτως ἐπιτραπῆναι διαβῆναι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν τὴν ἐκείνου, οὐ μόνον οὐκ ἐπέτρεψεν ὁ Δαυὶδ, ἀλλὰ καὶ ἔδυσχέρανε, λέγων· *Τί ἐμοὶ καὶ σοί, υἱὲ Σαουὺ;* Ἄφρατε αὐτὸν καταρᾶσθαι, ὅπως ἴδοι τὴν ταπεινώσιν μου Κύριος, καὶ ἀνταποδῶ μοι ἀγαθὰ ἀντι τῆς κατάρας αὐτοῦ τῆς ἑν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ· ὅπερ οὐκ καὶ ἐγένετο.

δ. Ὅρξ πῶς οἶδεν ὁ δίκαιος, ὅτι τὸ φέρειν γενναίως τὰς λοιδορίας, ἀφορμὴ πλείονος εὐδοκίμησεως γίνεται; Διὰ τοῦτο ποτε καὶ τὸν Σαοὺλ εἰσω διπλοῦ τειχίου λαθῶν, καὶ κύριος ὢν ἀποσφάξαί, ἐφέισατο· καὶ ταῦτα, τῶν παρόντων κελυόντων ὠθήσαι τὸ ξίφος. Ἄλλ' οὐτε τῆς ἐξουσίας εὐκόλον, οὐτε τὸ παρ' ἐτέρων παροξύνεσθαι, οὐτε τὸ πολλὰ πεπονηθέναι δεινὰ, οὐτε τὸ προσδοκῆν πείσεσθαι χαλεπώτερα, συνεχώρησεν ἐλκύσαι τὸ ξίφος· καίτοι γε οὐδὲ τῷ στρατοπέδῳ κατάφωρος ἐμελλεν ἔσεσθαι ταύτην ἐργασάμενος τὴν σφαγῆν. Σπήλαιον γὰρ ἦν, καὶ οὐδέτις ἕτερος παρῆν, ἀλλὰ μόνος αὐτός. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅπερ τις μοιχεύειαν ἐργαζόμενος ἔλεγε, *Σκότος κύκλω μου καὶ τοίχοι, τί εὐλαβοῦμαι;* ἀλλ' ἑώρα τὸν ἀκοίμητον ὀρθαλμὸν, καὶ ἦδει ὅτι ὀφθαλμοὶ Κυρίου μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροι. Διὰ τοῦτο πάντα οὕτως ἔπραττε τε καὶ ἔλεγεν, ὡς ἐκεῖνου παρόντος, καὶ δικάζοντος τοῖς λεγομένοις, καὶ φησιν· *Οὐ μὴ ἐπαγάγω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ χριστὸν Κυρίου.* Οὐχ ὀρῶ τὴν πονηρίαν, ἀλλ' ὀρῶ τὴν ἀξίαν. Μὴ μοι λεγέτω τις ὅτι βίαιος καὶ μιὰρὸς οὗτος· ἐγὼ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν ψῆφον, καὶ οὗτος ἀνάξιος φαίνεται. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐμὸν ἔγκλημα, τὸ τοῦτον ἀνάξιον φαίνηται τῆς τιμῆς. Ἀκουέτωσαν ὅσοι καταφρονουσὶν ἱερέων, μανθανέτωσαν ὅσων εὐλάβειαν οὗτος περὶ βασιλείᾳ ἐπέδειξετο. [717] Καίτοι πολὺ τιμώτερος καὶ αἰδουσιμώτερος* βασιλέως ὁ ἱερεὺς, ὅσον καὶ ἐπὶ μείζονα ἀρχὴν κέκληται. Μανθανέτωσαν μὴ κρίνειν, μηδὲ εὐδύναν ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ εἶκαιν. Σὺ μὲν γὰρ τὸν τοῦ ἱερέως βίον, καὶ φάυλος ἦ τις καὶ ἡμελημένος, οὐκ οἶδας· οὗτος δὲ ἦδει μετ' ἀκριθείας ἅπαντα, ὅσα ἐποίησεν ὁ Σαοὺλ· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἠδίδετο τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν ἀρχήν. Ὅτι δὲ καὶ εἰδῶς ἦς ἀκριθῶς, οὐκ ἔχεις ἀπολογία, οὐδὲ συγγνώμην, καταφρονῶν τῶν προσεστώτων, καὶ παρακούων τῶν λεγομένων, ἀκουσον πῶς καὶ ταύτην ἡμῶν ἀνέλε τὴν πρόφασιν ὁ Χριστὸς, δι' ὧν φησιν ἐν Εὐαγγελίοις, *Ἐπὶ τῆς καθέδρου Μωϋσέως ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα οὐν ὅσα ἂν εἰπωσιν ὑμῖν ποιεῖτε, ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα υἱῶν μὴ ποιεῖτε.* Ὅρξ πῶς ὢν ὁ βίος οὕτω διεφθαρμένος ἦν, ὡς ἀξιοῦ εἶναι διαβολῆς τοῖς μαθητευομένοις, τούτων τὴν παραίνεσιν οὐκ ἠτίμασεν[†], οὐδὲ τὴν διδαχὴν ἐξέβαλε; Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχὶ τῶν ἱερέων κατηγορεῖν βουλόμενος· μὴ γένοιτο· καὶ γὰρ ἡμεῖς μάρτυρες ἦτε τῆς τε ἀναστροφῆς αὐτῶν καὶ τῆς εὐλαθείας ἀπάσης· ἀλλ' ἴνα ἐκ πολλῆς τῆς περιουσίας πολλῆν αὐτοῖς τὴν αἰδῶ καὶ τὴν τιμὴν παρέχωμεν. Οὐ γὰρ αὐτοὺς τοσοῦτον, ὅσον ἡμεῖς αὐτοὺς ὠφελήσαμεν. Ὁ δεχόμενος οὐκ προφήτην εἰς ὄστρομα προσήτητο, μισθὸν προ-

* Colb. λαβεῖν, καὶ τὸ ἔλκος ἀνεδέξατο. Ἰστε γὰρ πῶς. Allus Colb. ἀνεξαινετο. Ἰστε.

† Colb. duo et Reg. καθάπερ τὰ τραχύτερα τῶν τραυμάτων, οὐδὲ τὴν.

* Ἐπεσπάσατο. Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει ἐπειδ' ἂν λοιδορηθέντες Colb. duo et Reg.

† Colb. duo et Reg. καὶ τὰ μυρία κακὰ καὶ οὐδὲ οὕτως.

* Colb. et Reg. τιμώτερον καὶ αἰδουσιμώτερον.

† Colb. duo et Reg. ἠτίμασεν.

φῆσιν λήφεται. Εἰ γὰρ τοὺς ἀλλήλων βίους οὐκ ἐπιτρέπτην κρίνειν^α, πολλῶν μᾶλλον τοὺς τῶν πατέρων. Ἄλλ' ὅπερ εἶπον (πάλιν γὰρ ἐπὶ τὴν γυναῖκα ταύτην ἐπιπλάθειν ἀναγκαῖον), καὶ οὗτοι τὸ φέρειν γενναίως τὰς λοιδορίας πολλῶν ἡμῖν αγαθῶν αἰτίων γίνεται, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωβ συνέβη. Καὶ γὰρ ἐκεῖνον οὐχ οὕτω θαυμάζω πρὸς τῆς παραινέσεως τῆς γυναίκος, ὡς μετὰ τὴν ἀλεθρίαν συμβουλήν ἐκείνην. Καὶ μὴ τις παρᾶξον εἶναι νομίζεται τὸ λεγόμενον. Πολλὰκι γοῦν οὐδ' ἡ τῶν πραγμάτων φύσις οὐχ ὑποσκελίσαι, βῆμα καὶ παραινέσις διεφθαρμένη κατέλυσεν. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ διάβολος συνέειδός, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς παίρας πληγήν, καὶ τὴν διὰ τῶν βημάτων ἐπάγει προσβολήν· ὅπερ οὖν ἐποίησεν καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὸν γενναίως ἐνεγκόντα τὴν ἐπανάστασιν τοῦ παιδός, καὶ τὴν παρᾶνομον ἐκείνην τυραννίδα, βουλόμενος ὑποσκελίσαι τὴν διάνοιαν, καὶ παῖσαι εἰς ὀργὴν ἐκπαιεῖν, καθῆκεν ἐκεῖνον τὸν Σεμεὶ β, βῆμασι πικροῦς παρασκευάσας δακρυῖν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωβ ἐκακούργησεν. Ὡς γὰρ εἶδε κάκεινον καταγελάσαντα αὐτοῦ τῶν βελῶν, καὶ ὡς περ ἀδαμάντινον πύργον πρὸς πάντα στάντα γενναίως, καθώπλισε τὴν γυναῖκα, ἵνα ἀνυπόκοτος ἢ συμβουλή γένηται, καὶ ἐνέκρυψε τὴν δηλητήριον τοῖς ἐκείνης βῆμασι, καὶ τὴν συμφορὰν ἐτραγῆθησε. Τί οὖν ὁ γενναῖος ἐκαίνος^γ; Ἴσα τί ὡς μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; Εἰ τὰ αγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ [718] ὑποίσωμεν; Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ μὴ Δεσπότης ἦν, μὴδὲ τοσοῦτον ἡμῶν ὑπερέχων, ἀλλὰ φίλος τις ὁμότιμος, ποῖαν εἴχομεν ἀπολογίαν, τοσαῦτα εὐεργετηθέντες παρ' αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐναντίοις αὐτῶν ἀμειδόμενοι; Εἶδες δ' ἡ γνώμην φιλόθεον, καὶ πῶς οὐ μεγαλοφρονεῖ, οὐδὲ ἐναδρύνεται ἐπὶ τῇ γενναίως ἐνεγκεῖν τὰς ὑπὲρ φύσιν ἐκαίνος πληγὰς, οὕτε σοφίας εἶναι νομίζει καὶ μεγαλοφυχίας τὴν τοσαύτην ὑπομονήν, ἀλλ' ὡς περ ἀναγκαῖον ὑφλήμα ἐκτινύεις, καὶ οὐδὲν ἀπαικὸς παθῶν, οὕτως ἐκ παρουσίας τοῦ γυναικῶν ἐπιστόμιος; Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς γυναίκος ταύτης γέγονεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν αὐτὴν γενναίως φέρουσαν τὴν ἀπαιδίαν, καὶ τῷ Θεῷ προσπίπτουσαν, καθῆκε τὸ παιδάριον τοῦ ἱερέως, ὥστε μᾶλλον αὐτὴν ἀγριάναι^δ. Ἄλλ' οὐδὲν τούτων ἐπαθεν ἢ γυνή, ἀλλὰ μελετήσασα φέρειν τὰς λοιδορίας ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ τοῖς οὐκ εἰσὶν ἔγγυμνασμένη τῆς ἀντιζήλου, ἀδεῶς λοιπὸν πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπεδέυτο προσβολὰς. Διὸ καὶ ἐν τῷ ἱερῷ πολλὴν ἐπιείκειαν ἐπεδεικνύω, ἀνδραίως; μάλα καὶ μεγαλοφύχως τὰ σκώματα φέρουσα, τὰ ἐπὶ τῇ μέθῃ καὶ τῇ κραινίᾳ. Οὐδὲν δὲ οἶον καὶ αὐτῶν ἀκούσαι τῶν βημάτων. Εἰπόντος γὰρ τοῦ παιδαρίου· *Περὶ τοῦ τῶν οἰκόν σου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπελθε ἐκ προσώπου Κυρίου, ἀπεκρίθη ἢ Ἄρρα, καὶ εἶπεν, Οὐχί, κύριε. Τὸν ὕβρισαντα δεσπότην ἐκάλεσε. Καὶ οὐκ εἶπεν ὁ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων λέγουσιν· Εἰπέ μοι ταῦτα ὁ ἱερεὺς; ταῦτα ὁ διδάσκων τοὺς ἄλλους εἰς μέθην καὶ κραινίαν ἱσχυμέν; ἀλλ' ἱσκόπησεν ὅπως ἀποκρούσαστο μόνον τὴν ὑπόνοιαν, καίτοι γε οὐκ οὔσαν ἀληθῆ.*

ε'. Ἡμεῖς δὲ πολλὰκις, ἐπειδὴν λοιδορηθῶμεν, δεόν

ἀπολογησασθαι καὶ ἀπαλλαγῆναι, ἐξάπτομεν τὸ πῦρ, καὶ καθάπερ θηρία τοῖς ὕβρισκοῖν ἐπιπληθῶμεν, ἔρχοντες, ἔλκοντες, εὐθύνας ἀπαιτοῦντες τῶν εἰρημένων, καὶ τούτοις αὐτοῖς, οἷς ποιούμεν, τὴν καθ' ἡμῶν βεβαιούμεντες ὑπόνοιαν. Εἰ γὰρ βούλει δεῖξαι τοῖς ὕβρισκοῖν, ὡς οὐ μεθύεις, δεῖξον διὰ κρείττους καὶ ἐπαικείας, μὴ δι' ὕβρεως, μὴδὲ διὰ λοιδορίας. Ἄν μὲν γὰρ τυπτήσης τὸν ὕβριστά, μέθην σου καταγνώσονται πάντες· ἂν δὲ γενναίως ἐνέγκῃς, ἀπεκρούσασθαι διὰ τῶν ἔργων τὴν πονηρὰν ὑπόνοιαν· ὅπερ οὖν καὶ ἡ γυνὴ τότε ἐποίησε, καὶ εἶπυσα, Οὐχί, κύριε, δε' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἰδεῖν, ὅτι φευδὴς ἦν ἡ ὑπόνοια. Πόθεν δὲ διῶς καὶ ὑπόπτισεν ὁ ἱερεὺς τοῦτο; μὴ γὰρ γελῶσαν εἶδε; μὴ γὰρ χορευούσαν; μὴ γὰρ περιφερομένην καὶ καταπίπτουσαν; μὴ γὰρ εἰσέρχεται καὶ ἀνελεύθερον φεγγομένην βῆμα; Πόθεν οὖν ταύτην εἶσε τὴν ὑπόνοιαν; Οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν ἐκαίνος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς ἡμέρας· καὶ γὰρ ἦν τὸ μεσημβρινόν, ὅτε τὴν εὐχὴν ἐποίησε. Πόθεν τοῦτο ὄηλον; Ἄπ' αὐτῶν τῶν ἀνωθεν εἰρημένων. Ἀρσότη γὰρ, φησὶν, Ἄρρα μετὰ τὸ θάψαι αὐτοὺς [719] ἐν Σηλῶν, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν, καὶ κατόπιν ἐνώπιον Κυρίου. Ὅρξ; Ὅν ἀνέσας καιρὸν πικρύνεται ἔπαιτες, τοῦτον εὐχὴς ἐποίησε αὐτὴ καιρὸν, καὶ μετὰ τράπεζαν πρὸς ἐκτερίαν ἀνέτραχε, καὶ πηγὰς ἤφει δακρύων, καὶ διάνοιαν παρεῖχε σωφρονούσαν καὶ νήφουσαν, καὶ μετὰ τράπεζαν οὕτως ἐκτενῶς ἠῤῥετο, ὡς δῶρον ὑπὲρ φύσιν λαθεῖν, καὶ λύσαι στείρωσιν, καὶ φύσιν ἀσθενήσασαν διορθῶσαι. Ταῦτα τοῖνον ἀπὸ τῆς γενναίως ἐκερδάνεμεν, ὥστε εἰδέναι μετ' εὐχίαν εὐχασθαι. Ὁ γὰρ πρὸς τοῦτο παρεσκευασμένος, οὐδέποτε εἰς μέθην καὶ κραινίαν ἐκπαιεῖται, οὐδέποτε ὑπὸ ἀδελφείας διαβραγῆσθαι, ἀλλὰ τὴν προσδοκίαν τῆς εὐχῆς ἀντὶ χαλινῶ τοῖς λογισμοῖς ἐκκαίμενην ἔχων, μετὰ τοῦ προσήκουτος μέτρου τῶν παρακειμένων ἕψεται πάντων, καὶ πολλῆς μὲν τὴν ψυχὴν, πολλῆς δὲ τὸ σῶμα ἐμπλήσει τῆς εὐλογίας. Τράπεζα γὰρ ἀπὸ εὐχῆς ἀρχομένη, καὶ εἰς εὐχὴν καταλήγουσα, οὐδέποτε ὑστερηθήσεται, ἀλλὰ πηγὴς βασιλέστερον ἔπαιτες ἡμῖν ὅσει τὰ αγαθὰ. Μὴ δὲ τοσοῦτον παρῶμεν κέρδος. Καὶ γὰρ ὅσπον τοὺς μὲν οἰκίας τοὺς ἡμετέρους, εἰ ποτὲ τι τῶν παρακειμένων λάθωμεν παρ' ἡμῶν μέρος, εὐχαριστεῖν τε ἡμῖν καὶ μετ' εὐφημίας ἀναχωρεῖν· ἡμᾶς δὲ τοσοῦτων ἀπολαύοντας αγαθῶν μὴδὲ τοσαύτην ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ τὴν τιμὴν, καὶ ταῦτα, μᾶλλον τὰς πολλῆς ἀπολαύσεσθαι τῆς ἀσφαλείας. Ὅπου γὰρ εὐχὴ καὶ εὐχαριστία, ἀγίου Ἐνώματος παραγίνεται χάρις, καὶ φυλακίζονται βίαιως, καὶ πᾶσα ἀντικειμένη δύναμις ἐραπταύει καὶ ἀφίσταται. Ὁ μᾶλλον εἰς εὐχὴν τρέπεσθαι, οὐδὲν ἔσπον τοῖς φθέρησθαι, οὐδὲ ἐν μέσῃ τρέπεσθαι· κἂν φθέρηται, μεταγινώσκει ταχέως. Διὸ χρὴ καὶ ἀρχομένους καὶ λήγοντας εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ· μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ εἰς μέθην ἐμπροσώμαθα βρῆσας, καθάπερ ἐβθην εἰπῶν, εἰ καταστῆσαιμεν εἰς ταύτην ἔσπον τὴν συνήθειαν. Ὅστε κἂν κραινίαν κἂν μεθῶν ποτὲ ἀναστῆς, μὴδὲ οὕτω καταλύσῃς τὸ ἔθος, ἀλλὰ κἂν κερηθερωμένον, κἂν περιφερωμένον καὶ καταπί-

^α Colb. ἐραυθῆν προ κρίνειν.

^β Colb. unas Σεμεί.

^γ Colb. ὁ μακάριος ἐκαίνος. Sic et Reg. qui addit καὶ γενναίως, ἰσχυρῶς Colb. alius.

^δ Colb. duo et Reg. καὶ τὰ ἐναντία οὐ φέροντες. Εἶδες. Paulo post Colb. unas et Reg. οὕτε φιλοσοφίας εἶναι νομίζει.

^ε Colb. ἐξαρῶσαι. Infra idem ἐγγεγυμνωμένη.

vites carminis propter delicias valetudinarios, ut plurimum aquæ potu abstinere: pauper autem per totam vitam his fluentis libere fruitur, tamquam ad mellis fontes, ad aquarum currens rivulos, sinceram inde et puram percepturus voluptatem. Quid autem ignis natura? nonne thesauris innumeris utilior, humanisque divitiis omnibus? Et hic quoque thesaurus ex æquo diviti pariter ac pauperi propositus est. Quæ vero nascitur ab acre corporibus nostris utilitas, et lux solaris, numquid divitibus magis quam pauperibus exhibetur, et eam illi quatuor, hi duobus tantum oculis vident? Sed neque hoc quisquam dicere potest: utrique enim pari mensura ea perfruuntur: imo vero et hic pauperum partes sunt potiores, quanto et sensus habent vegetiores, et acutiorem oculum, et vim percipiendi præstantiorem. Quapropter et veriore hauriunt voluptatem, et creaturarum contemplatione magis delectantur. Non in solis autem elementis, sed in omnibus aliis naturæ muneribus, multam videbis æqualitatem, imo prærogativam etiam pauperum. Nam somnus omnibus delictis suavior magisque necessarius, omnique utilior nutrimento, pauperibus est quam divitibus facillior: neque vero facillior tantum, sed etiam sincerior. Illi enim, ut qui in deliciis degunt, cibo famem, potu sitim, somno dormiendi necessitatem præveniunt, atque ita omnem voluptatem sibi interceptant: non enim perinde in natura istorum, atque in usu necessario, voluptas consistit. Non ita delectat vinum ipsumque suave olens potare, ut sitientem bibere aquam; non ita placentas edere juvat, ut esuriendo quemvis cibum sumere; non ita molli cubare strato, ut oppressum somno jacere: quæ omnia magis apud pauperes sunt, quam apud divites. Quæ vero pertinent ad corporis valetudinem, et omnem aliam bonam habitudinem, nonne communia sunt divitibus æque atque pauperibus? An vero dicere quispiam potest illud aut ostendere, quod pauperes semper ægrotent, divites semper prospera utantur valetudine? Contrarium quidem videre licet, pauperes non facile insanabilibus morbis capi, sed morbos passim in divitum corporibus grassari. Certe podagræ, gravedines, dissolutiones nervorum, aut contractiones, varii fluxus vitiosi ac corrupti; delicatos illos magis infestant, eos qui unguenta olent, non eos qui laborant et exercentur, et quotidiana opera victum sibi parant.

5. Quapropter mendicis etiam miseres sunt, quotquot in deliciis vivunt; id quod nec ipsi inficiari possunt. Frequenter quippe dives molli lectulo cubans, inter omnimoda servorum ac anellarum obsequia, audito mendico per vicum clamore panem potente ingemuit, et cum lacrymis precatus est, ut talis fieret, dummodo sanus, potius quam in deliciis adversa laboraret valetudine. Nec tantum valetudine bona, sed proles etiam felicitate, divites nihilo potiores videas, quam pauperes; sed utroque indifferenter aut nullam aut numerosam sobolem: quin potius et hac parte divitem videas inferiorem. Pauper enim licet pater non fiat, haud multum sentit dolorem;

divos autem quanto magis auctam rem videt, tanto magis orbitato angitur, præ heredis desiderio nullam sentiens voluptatem. Et pauperis quidem hereditas, licet sine liberis decedat, cum propter exilitatem non sit contentione digna, ad amicos transit atque cognatos: divitis autem, eo quod multorum ad se allicit oculos, non raro ad inimicos defuncti devenit: quod cum ille vivens in aliis fieri videat, vitam degit morte molestiorem, in eo quoque exspectans idem factum iri. Quod autem ad mortem attinet, nonne et hic eadem æquitas? nonne tam divitibus quam pauperibus immaturæ mortis accidunt? atque etiam post mortem non tam his quam illis omnibus similiter corpus dissolvitur, favillaque fit et pulvis, et vermes gignit? At funerals nequaquam similia. Sed quæ utilitas? Cum enim defuncto multam subtraveris vestem pretiosam et auratam, nihil aliud nisi majorem invidiam et criminationem attuleris, et adversus defunctum omnium ora aperueris, et innumeras ei paraveris maledictiones, et avaritiæ criminationes, dum singuli rempuantur indignatione, et mortuum execrantur, quæ ne post obitum quidem insanire in pecuniis deservit. Huc accedit aliud malum, quod furum oculi irritantur. Itaque quo major est cultus, eo majoris illi fit occasio contumeliæ. Pauperis enim cadaver nemo spoliare curat, ipsa indumentorum vilitate satam. Illic autem obices et serræ, fores atque custodes, omnia incassum adhibentur, cum pecuniarum aviditate nihil non audeant, qui talibus maleficiis se sauefecerunt. Itaque major honor defuncto majorem infert injuriam; et ea, cui vilia funerals contingunt,

jacet inviolato sepulcri honore: cui vero pretiosa, is spoliatur et dehonostatur; aut si hoc ludibrium evadat, ne sic quidem potior erit, nisi quod major corruptio sit, larginæque vermi pabulum. Hæcine sunt, queso, ob quæ beatos prædicamus? Et quis est adeo miser, atque arum-rosus, ut ob hæc hominem existimet invidia dignum? Verum non hæc solum, sed et alia singula percurrentes, diligenterque scrutantes, pauperes divitibus præponendos comperiemus. Hæc igitur diligenter considerantes, et aliis narrantes (dicitur enim, *De sapientia occasione, et erit sapientior* [Prov. 9. 9]), et illud continue retinentes memoria, pecuniarum copiam nihil amplius asserre possessoribus, quam caras, sollicitudines, timores, et pericula: nihilo deteriore quam divitam nostram conditionem potemus. Si enim advigilaverimus, potiores etiam partes habebimus, tam in hujus sæculi rebus, quam in divinis. Nam et voluptatem et securitatem, bonamque famam ac valetudinem, tum rectam vivendi rationem, spem bonam, minoremque peccandi occasionem apud pauperes magis, quam apud divites invenias. Ne igitur more servorum ingratorum murmuremus, aut incusemus Dominum, sed pro omnibus gratias agamus, nihil malum decentes nisi peccatum, nihil bonum nisi justitiam. Si sic senserimus, non ægritudo, non inopia, non ignominia, nihil denique simile molestum nobis erit: sed parum ex omnibus rebus percipientes voluptatem, futura consequemur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simul et sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Eodem quo superiores Sermones anno 387 Chrysostomus has de Davide et Saule homilias habuit, ut colligere est ex Homilia prima de Davide et Saule, numero 1, ubi ait se super sermonem fecisse de debitore decem millium talentorum et ostendisse quantum malum esset injuriarum recordatio. Itaque autem Homilia de debitore, etc., quæ prima est in Tomo tertio, eodem anno scripta est, quo per totam Quadragesimam de vitando juramento egerat. Is est annus 387, ut diximus in Monito ibidem. Quod itaque argumentum in Homilia de debitore cooperat, nempe de injuriarum recordatione depellenda, deque earumdem condona-

IIOMILIA I.

De Davide et Saule, deque tolerantia, et quod oporteat inimicis parcere, nec de absentibus male loqui (a).

1. Quoties diutina quæpiam ac dura inflatio corporibus inhaesit, tum et longo tempore, multoque labore, et multa sapientia in admovendis remediis est opus, ut collectus tumor absque vitæ periculo dis-

(a) Collata cum Cod. Regio 1975, item cum 1963.

solvatur. Idem videre est in anima. Quoties enim aliquis morbum, qui jam radices egit in anima, multoque tempore concretus sit, radicibus evellere voluerit, non satis est ad correctionem unius dierumve dierum admonitio: verum oportet frequenter ac diebus compluribus hanc rem tractare: si modo non ad ambitionem ac voluptatem, sed ad fructum et utilitatem munus hoc concionatoris gestari solet. Ideo sicut de juramentis fecimus, multis ordine diebus

καὶ ἀπαιδία· μέλλον δὲ κενταῦθα ἴθι τις ἂν τὸν πλούσιον ἐλαττούμενον. Ὁ μὲν γὰρ πένης, κἂν μὴ γένηται πατήρ, οὐ πολλῆς αἰσθάνεται τῆς ὀδύνης· ὁ δὲ πλούσιος, ὅση τὴν οὐσίαν ἀξιομένην ὀρᾷ, τοσοῦτω δάκνεται μέλλον ὑπὸ τῆς ἀπαιδίας, οὐδεμιᾷ ἡδονῆς αἰσθανόμενος διὰ τὴν ἔρημιαν τοῦ κληρονόμου. Καὶ τοῦ πένητος μὲν ὁ κληρὸς, κἂν ἄπαις ἀπέλθῃ, διὰ τὴν εὐτέλειαν οὐκ ὦν περιμάχητος, εἰς φθίους διέβη καὶ συγγενεῖς· ὁ δὲ τοῦ πλουτούντος πολλοὺς πάντοθεν πρὸς ἑαυτὸν ὀφθαλμοὺς ἔλκων, εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἔχθρῶν τοῦ τετελευτηκότος ἤλθε πολλάκις· καὶ ταῦτα ζῶν ἔκεινος, καὶ βλέπων ἐφ' ἑτέρων συμβαίνοντα, θανάτου παντὸς χαλεπώτερον βιώσεται βίον, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο συμβήσεσθαι προσδοκῶν. Ἄλλὰ τὰ τοῦ θανάτου οὐ κοινὰ; οὐχὶ καὶ ἐπὶ πλουσίων καὶ ἐπὶ πνήτων ἄωροι γίνονται θάνατοι, καὶ μετὰ τὸν θάνατον δὲ οὐκ ἄπαισι ὁμοίως καὶ τοῦτο κακίον τὸ σῶμα διαλύεται, καὶ γίνεται τέφρα καὶ κόνις, καὶ σκώληκας τίκει; Ἄλλὰ τὰ τῶν ἐνταφίων οὐ κοινὰ, φησὶ. Καὶ τί τὸ ὕψελος; Ὅταν γὰρ πολλὴν ἐπιστιβάσῃς ἐπὶ πλουσίῳ στολήν καὶ πολυτελῆ καὶ διάχρυσον, οὐδὲν ἕτερον ἢ πλεόν αὐτῷ προξενεῖς τὸ μῖσος, καὶ μείζονα τὴν κατηγορίαν, καὶ τὰ πάντων ἀνοίγεις στόματα κατὰ τοῦ τετελευτηκότος, καὶ ἄρας μυρίας ἐπισπῆσαι κατ' αὐτοῦ, καὶ σφοδρότεραν τῆς πλεονεξίας ἀνάγκης τὴν διαβολὴν, ἐκάστω διαβρήγνυμένου, καὶ ἀποπνιγομένου, καὶ καταριζομένου τὸν τελευτήσαντα^β, ὅτι μὴδὲ ἀποθανὼν τὴν περὶ τὰ χρήματα μανίαν κατέλυσε. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινόν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοὺς τῶν τοιχωρύχων ἀνοίγει ὀφθαλμοὺς. Ὅστε ἡ πλείων θεραπεία πλείονος ἀσχημοσύνης αὐτῷ γίνεται πρόφασις. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα τοῦ πένητος οὐκ ἂν τις ἔλοιτο γυμνώσει λοιπόν· ἢ γὰρ εὐτέλεια τῶν ἱματίων φυλακὴ τῇ περιβολῇ τοῦ σώματος γίνεται. Ἐνταῦθα δὲ κλεῖθρα καὶ μοχλοὶ καὶ θύραι καὶ φύλα-

κες, καὶ πάντα εἰκῆ καὶ μάτην, τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας τοὺς τὰ τοιαῦτα κακούργειν ἐπισταμένους πάντα, τομῆν ἀναπειθούσης. Ὅστε ἡ πλείων τιμὴ πλείονα ἐπάγει ἐπὶ τετελευτηκότι τὴν ὕβριν, καὶ ὁ μὲν εὐτελῆ λαθῶν ἐντάφια, καίται τῆς τιμῆς ἀπολαύων· ὁ δὲ πολυτελῆ, γυμνοῦται καὶ ἀτιμάζεται· εἰ δὲ μὴδὲν τούτων γένοιτο, οὐδὲ οὕτως ἔσται τι πλεόν αὐτῷ, ἀλλ' ἢ τὸ θαψίλεστέραν παρασχεῖν τῷ σκώληκι τὴν τράπεζαν, καὶ κλείω γενέσθαι τὴν σηπεδόνα. Ταῦτα οὖν, εἰπέ μοι, μακαριστῶν δέξια; Καὶ τίς οὕτως ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, ὡς ἀπὸ τούτων ζηλωτῶν νομίζειν εἶναι ἄνθρωπον; Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα καθ' ἕκαστον ἐπίπντε; καὶ μετὰ ἀκριβείας διερευνόμενοι, τοὺς πένητας τῶν πλουτούντων πολὺ πλεόν εὐρήσομεν ἔχοντας. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας σκοποῦντες, [747] καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπαισι ἐπεξιόντες (Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφῶ ἀφορμῆν, καὶ σοφώτερος ἔσται), κακίον μεμνημένοι διηλεκῶς, ὅτι οὐδὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας ἔσται τι πλεόν τοῖς κακῆτιμῶσι, ἀλλὰ φροντίδες, καὶ ἀγωνίαι, καὶ φόβοι, καὶ κίνδυνοι· μὴδὲν νομίζωμεν ἐλαττον ἔχειν τῶν πλουτούντων. Ἐάν γὰρ νήφωμεν, καὶ πλεόν ἐξομεν, ἐν τε τοῖς κατὰ θεὸν πράγμασιν, ἐν τε τοῖς παρούσιν ἅπαισι. Καὶ γὰρ ἡδονὴν καὶ ἀσφάλειαν, καὶ δόξαν ἀγαθὴν, καὶ ὑγίαιαν σῶματος, καὶ φιλοσοφίαν ψυχῆς, καὶ χρηστάς ἐπιπιδας, καὶ τὴ μὴ ταχέως ἀμαρτάνειν παρὰ τοῖς πνήτησιν εὐρήσει τις μέλλον, ἢ παρὰ τοῖς πλουτοῦσι. Μὴ τοίνυν κατὰ τοὺς ἀγνώμονας τῶν οἰκετῶν γογγύζωμεν, μὴδὲ τοῦ Δεσπότου κατηγορῶμεν, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εὐχαριστῶμεν, καὶ ἐν μόνον νομίζωμεν εἶναι δεινόν, ἀμαρτίαν, καὶ ἀγαθόν, δικαιοσύνην. Ἄν γὰρ οὕτως ὦμεν διακαίμενοι, οὐ νόσος, οὐ πένια, οὐκ ἀτιμία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν ἡμᾶς δόξεσται· ἀλλὰ καθαρὰν ἡδονὴν καρπωσάμενοι διὰ πάντων, τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἄμην.

^a Reg. ἐπιστιβάσῃς.

^b Colb. τῷ τελευτήσαντι, et Reg. quoque, atque alius a Savilio laudatus.

AD TRES HOMILIAS DE DAVIDE ET SAULE.

omne facienda, idem ipsum argumentum in hisce tribus homiliis exemplo Davidis strenue persequitur, et quidem adeo παθητικῶς, ut auditorum lacrymas excusserit, atque, ut videre est, Antiochenos ad preceptum illud evangelicum, *Diligite inimicos vestros*, implendum adduxerit; ut in Quadragesima proxima eodem a juramentis, quibus assueti erant, avocaret.

Interpretationem Latinam Erasmi multis in locis castigavimus.

[748] ΟΜΙΛΙΑ Α'.

Εἰς τὰ κατὰ τὸν Δανὺδ καὶ τὸν Σαούλ, καὶ περὶ ἀνεξικακίας, καὶ τοῦ δεῖν φείδεσθαι τῶν ἔχθρῶν, καὶ μὴδὲ ἀπόντας λέγειν κακῶς.

α'. Ὅταν χρονία τις καὶ σκληρὰ φλεγμονὴ τοῖς σώμασιν ἐναποκιβήθῃσιν αὐτοῦ, πολλοῦ μὲν χρόνου καὶ πόνου, πολλῆς δὲ τῆς ἀπὸ τῶν φαρμάκων δαίται

^a Composita vox ignota Lexicis; ubi tamen reperimus σφῆρῶν, et ἀποσιμῆρῶν, obduro et quasi callum facio.

σοφίας, ὥστε ἀσφαλῶς αὐτῆς χαλασθῆναι τὸν ὄγκον. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐστὶν ἰδεῖν. Ὅταν γὰρ πάθος ἐβρίζωμενον καὶ πολὺν ἐμφολοχωρήσαν τῇ ψυχῇ χρόνον βούληται τις πρόβριζον ἀνελεῖν, οὐκ ἀρκεῖ μίαν, οὐδὲ δύο ἡμερῶν πρὸς τὴν διόρθωσιν ταύτης παραίνεσις, ἀλλὰ χρὴ πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ἡμέραις περὶ ταύτης διαλέγεσθαι τῆς ὑποθέσεως· εἴ γε μὴ μέλλομεν πρὸς φιλοτιμίαν καὶ τέρψιν, ἀλλὰ πρὸς κέρδος καὶ ὑφέλειαν δημιουργεῖν. Διὰ δὲ τοῦτο, ἅπαν ἐπὶ τῶν ὄγκων ἐποήσαμεν, πολλὰς ἐφεξῆς

ἡμέρας περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διαλεχθέντες ὄρην, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ὁρθῆς ἐργασώμεθα, καὶ συνεχῆ περὶ αὐτῆς ποιησώμεθα συμβουλήν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ γὰρ οὗτος ἀριστος διδασκαλίας εἶναι μοι δοκεῖ τρόπος, τὸ μὴ πρότερον ἀρίστασθαι συμβουλευόντας ὑπὲρ ὅτουσιν, ἕως ἂν εἰς ἔργον τὴν συμβουλήν ἐξαλοῦσαν ἴδωμεν. Ὁ γὰρ σήμερον μὲν περὶ ἐλεημοσύνης, αὔριον δὲ περὶ εὐχῆς, μετ' ἑκείνην δὲ περὶ ἐπιεικείας, εἶτα πάλιν περὶ ταπεινοφροσύνης διαλεγόμενος, οὐδέτερον τούτων ἐν τοῖς ἀκροαταῖς κατορθῶσαι δυνήσεται, ἀπὸ τούτου πρὸς ἑκάστω, καὶ πάλιν ἀπ' ἑκείνου πρὸς ἕτερον συνεχῶς μεταπηδῶν· ἀλλὰ χρὴ τὸν μέλλοντα κατορθοῦν ἐν τοῖς ἀκούουσι τὰ λεγόμενα, μὴ πρότερον ἀρίστασθαι περὶ τῶν αὐτῶν παραινούντα καὶ συμβουλευόντα, μηδὲ ἐφ' ἕτερόν τι μεταπηδῶν, ἕως ἂν ἴδῃ τὴν πρότερον παραινέσιν καλῶς ἐν αὐτοῖς ῥιζωθείσαν. Τοῦτο καὶ οἱ διδάσκαλοι ποιοῦσιν· οὐ πρότερον ἐπὶ τὰς συλλαβὰς τοὺς παῖδας ἀγοῦσιν, ἕως ἂν τῶν στοιχείων τὴν γνῶσιν ἐν αὐτοῖς κατορθώθεισαν ἴδωσι. Πρῶτον μὲν οὖν ὁμῖν τὴν παραβολὴν ἀνεγνόντες τῶν ἑκατὸν δηναρίων, καὶ τῶν μυρίων τετάρτων, ἰδεῖν κνυμεν ὅσον τὴν καθ' ἑνὸν μνησικακῶν. Ὅν γὰρ οὐκ ἀπόλασε τὰ μυρία τετάρτα, τοῦτον ἑκατὸν δηνάρια καταπόντισε*, καὶ τὴν δοθεῖσαν συγγνώμην ἀνεκάλεστω, καὶ τὴν δωρεάν ἀπεκρούσατο, καὶ ἀπαλλαγέντα τῶν εὐθυνῶν εἰς τὸ δικαστήριον πάλιν εἰσῆγαγε, κακέειθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνέβαλε, καὶ οὕτως ἀθανάτων αὐτὸν παρέδωκε τιμωρίᾳ. Σήμερον δὲ ἐφ' ἑτέραν ὑπόθεσιν τὸν λόγον χειραγωγήσομεν. Ἔδει μὲν γὰρ, εἴπερ δίκαιον ἐγένετο, τὸν λέγοντα περὶ ἐπιεικείας τε καὶ πραότητος, οἰκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὰ παραδείγματα παρέχειν [749] τῆς καλῆς ταύτης φιλοσοφίας, ὥστε καὶ διὰ τῶν λόγων διδάσκαι, καὶ διὰ τῶν ἔργων παιδεύειν. Ἐπειδὴ δὲ πολὺ ταύτης ἀποδόμεν τῆς ἀρετῆς ἡμεῖς, ἵνα τινὰ τῶν ἁγίων ἐκλύσαντες εἰς μέσον, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐτήσαντες τῶν ὁματέρων, ἑναργῆ τινα καὶ δυνατὴν ὁμῖν ποιησώμεθα τὴν παράκλησιν, ὥσπερ ἀρχέτυπόν τινα εἰκόνα, τὴν ἀρετὴν τοῦ δικαίου μιμεῖσθαι παρακλυόμενοι καὶ ὄρην καὶ ἡμῖν αὐτοῖς.

Τίνα οὖν εἰς μέσον ἀγαγεῖν χρὴ περὶ ἐπιεικείας διαλεγόμενος; Τίνα δὲ ἄλλον, ἀλλ' ἢ τὸν μαρτυρίαν ἀνωθεν δεξάμενον καὶ ἐπὶ τούτῳ μάλιστα θαυμασθέντα; *Εὐρον γὰρ, φησὶ, Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσοῦ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου.* Ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ἀποφαίνηται, οὐδέμια τοῖς ἀντιλέγουσιν ὑπολείπεται πρόφασις. Ἀδέκαστος γὰρ ἢ ψῆφος ἑκείνη, οὐτε πρὸς χάριν, οὐτε πρὸς ἀπέχθειαν τοῦ Θεοῦ κρίνοντες, ἀλλὰ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ γυμνῇ ψηφίζομένου. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον αὐτὸν εἰς μέσον ἀγομεν, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον ἐδέξατο, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ τραφέντων ἐστὶ. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς χάριτος φανῆναι τινα καθαρὸν ὄργης, καὶ τοῖς ἔχθροῖς ἀφιέντα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τῶν λελυπηκότων φειδόμενον, θυμαστὸν οὐδὲν μετὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον, μετὰ τὴν ὁμοθυμαδὸν τῶν ἁμαρτημάτων ἀφεσιν, μετὰ τὰ φιλοσοφίας γέγοντα ἐπιτάγματα· τὸ δὲ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, ἦνίκα ὁ νόμος συνεχώρει ὀφθαλμὸν ἐξορύττειν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικήσαντα, φανῆναι τινα ὑπερ-

βάνα τὰ μέτρα τῶν προσταγμάτων, καὶ πρὸς τὴν ἀποστολικὴν φθάσαντα φιλοσοφίαν, τίνα μὲν οὐκ ἂν ἐκπλήξειε τῶν ἀκούοντων; τίνα δὲ οὐκ ἂν τῶν μὴ ζηλούντων πάσης ἀποστερήσειε συγγνώμης τε καὶ ἀπολογίας; Ἴνα δὲ ἀκριβέστερον αὐτοῦ καταμάθωμεν τὴν ἀρετὴν, δοτε μοι μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν, καὶ τὰς εὐεργεσίας εἰπεῖν, ἃς εἰς τὸν Σαοὺλ κατέθετο ὁ μακάριος οὗτος ἀνὴρ. Τὸ μὲν γὰρ ἀπλῶς ἐχθρὸν λυπήσαντα μὴ ἀμύνεσθαι, θυμαστὸν οὐδὲν· τὸ δὲ ἀνθρώπων εὐεργετηθέντα πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, εἶτα ἀντὶ τῶν εὐεργεσιῶν ἑκάστων καὶ ἀπαξ καὶ δις καὶ πολλάκις ἀνελεῖν ἐπιχειρήσαντα τὸν εὐεργέτην, λαθόντα εἰς χεῖρας, καὶ κύριον γενόμενον ἀνελεῖν, καὶ αὐτὸν ἀφείναι, καὶ τὴς ἐτέρων ἐκβουλῆς ἐξαρπάσαι, καὶ ταῦτα πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιθήσεσθαι μέλλοντα, τίνα ἂν καταλίποι λοιπὸν φιλοσοφίας ὑπερβολὴν;

β'. Τίνας οὖν εὐεργέτησεν ὁ Δαυὶδ εὐεργεσίας τὸν Σαοὺλ, καὶ πότε καὶ πῶς, ἀνάσχεσθε διὰ βραχέων διηγουμένοι. Πολέμου γὰρ ποτε τοὺς Ἰουδαίους καταλαβόντος χαλεπωτάτου, καὶ πάντων κατεπιτηχθέντων καὶ δεδοικῶτων, καὶ οὐδενὸς προκίφαι τολμώντος, ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις τῆς πόλεως οὐσῆς ἀπάσης, καὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἑκάστου βλέποντος, καὶ καθ' ἑκάστην ἀποθανεῖσθαι τὴν ἡμέραν προσδοκῶντων ἀπάντων, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ βράσθρον ἀγομένων ἀθλιώτερον ζώντων τὸν βίον, εἰσέλθων οὗτος ἀπὸ τῶν προβάτων [750] ἐπὶ τὴν παράταξιν, καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς τέχνης ἀτελείαν παρεχούσης αὐτῷ τῶν πολεμικῶν πόνων, τὸν ἀπάντων αὐτοῦ ἀνεδέξατο πόλεμον, καὶ κατώρθωσεν ἑλπίδος ἀπάσης κρεῖττονα κατορθώματα. Καίτοι εἰ καὶ μηδὲν ἦν κατωρθωτικῶς, τῆς προθυμίας αὐτὸν καὶ τῆς προθέσεως ἕνεκεν σταφυνοῦν ἔδει μόνον. Τὸ μὲν γὰρ στρατιώτην τινὰ τῶν ἐν ἡλικίᾳ ποιῆσαι τοῦτο, θαυμαστὸν οὐδὲν· ὁ γὰρ τῆς στρατείας νόμος τοῦτο ἀπῆται. Οὗτος δὲ οὐδεμίαν ὄρων ἀνάγκην ἐπικειμένην, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς τοὺς κωλύοντας ἔχων (καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐπατίμησε, καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ τῆς ἡλικίας ἄσπον καὶ τὸ τῶν κινδύνων ἀφόρητον βλέπων, κατέχευε καὶ μένειν ἐκέλευε λέγων· Ὁδὸν τὴν πορευθῆναι, ὅτι σὺ παιδάριον εἶ, αὐτὸς δὲ ἀνὴρ πολεμιστῆς ἐκ νεότητος αὐτοῦ), ἀλλ' ὅμως οὐδεμίαν αὐτὸν ἐκκοῦσης προφάσεως, οἰκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ διαθερμανθεὶς θεῶν ζήλω καὶ τῷ τῆς πατριδος ἔρωτι, ὥσπερ πρόβατα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους ὄρων, καὶ ὡς κύνας μᾶλλον ἢ στρατόπεδον ἀνθρώπων τοιοῦτον μᾶλλον ἐλευνεν, οὕτω μετὰ ἀδειας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἔστρεψε· καὶ τοσαύτην περὶ τὸν βασιλέα κηδεμονίαν ἐπέδειξε τότε, ὡς καὶ πρὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς νίκης ἐπ' ἑβὴν αὐτὸν καίμενον ἀναστήσαι. Οὐ γὰρ ἐξ μόνου αὐτὸν τοῖς ἔργοις μετὰ ταῦτα ὤφειλε, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου τοῖς ῥήμασι παρεκάλεε καὶ θαρρῆναι ἐπιπέσει, καὶ χρηστάς περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας ἔχειν, οὕτω λέγων· *Μὴ συμπεσέτω ἡ καρδία τοῦ κυρίου μου ἐπ' αὐτόν, ὅτι ὁ δοῦλός σου πορευέσθαι, καὶ πολεμήσει μετὰ τοῦ ἀλλοφύλου τούτου.* Ἄρα μικρὸν τοῦτο, εἰπέ μοι, τὸν μηδεμίαν ἀνάγκην ἔχοντα,

* Reg. καταλίκασι. Morel. καταπόντισι.

† Reg. μετὰ γὰρ τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον φανῆναι τοῦτο πῶν μετὰ τὴν.

* Reg. duo τὸ μηδεμίαν, non male.

vobis de eodem disserentes argumento: itidem de ira nunc faciamus, continuam de ea persequamur exhortationem pro nostra quidem virili. Nam hic mihi videtur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus consulendo quacumque de re, quam viderimus admonitionem ad effectum pervenisse. Et enim qui hodie de elemosyna, cras de oratione, perinde de humanitate, dein de rursus de animi modestia disserit, nihil horum in auditorum animis perficere recte poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper alio transiliens: sed necesse est, ut qui velit orationem in auditorum animis fructum destinatum assequi, non ante desistat iisdem de rebus admonens consulensque, nec prius ad aliud quidpiam transiliat, quam conspexerit superiorem admonitionem in eis bene fixam ac radicatum. Idem hoc facere solent ludimagistri: non prius ad syllabas adducunt pueros, quam elementorum cognitionem in eis viderint recte confirmatam. Nuper igitur parabolam vobis de centum denariis, ac decem millibus talentorum enarrantes (a), ostendimus quantum esset malum injuriarum memiasse. Quem enim decem millia talentorum non perdidit, hunc centum denarii exitio demerserunt, ac veniam pro debitis concessam in irritum revocarunt, debitorumque pecuniarum remissionem dissiparunt (Matth. 18), eumque, qui fuerat a criminibus liberatus, in iudicium retraxerunt, indeque in carcerem coniecerunt, denique immortalis supplicio tradiderunt. Sed hodie de diverso argumento dicere tentabimus. Oportebat enim, si fieret quod æquum erat, de humanitate ac mansuetudine verba facientem ex sese istius præclaræ philosophiæ exempla præbere, atque ita simul et verbis eam docere et factis ad eam instituere. Quoniam autem nos ab hac virtute longo absumpimus intervallo, uno quopiam e numero sanctorum in medium producto, oculisque vestris subjecto, perspicuam quendam ac potentem adhibebimus exhortationem, ut quasi ad archetypi cujusdam æmulationem adhortemur et vos et nos ipsos.

David exemplar humanitatis. — Quis igitur in medium proferendus est de humanitate dicturo? Quis vero alius, quam is qui caelesti testimonio laudari meruit, ob hoc ipsum maxime suspiciendus? *Inveni*, inquit, *David filium Jesse, virum secundum cor meum* (1. Reg. 13. 14; Act. 13. 22). Porro posteaquam Deus pronuntiavit, nulla contradicendi reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eo quod Deus nec ad gratiam, nec per odium iudicat, sed pro mera animi virtute fert suffragium. At non ob id tantum hunc in medium produximus, quod Dei suffragio fuerit laudatus, verum etiam quod sit ex iis qui sub veteri lege sunt educati. Siquidem sub lege gratiæ existisse quempiam ab ira purum, et inimicis delicta condonantem, ac parcentem iis a quibus fuerit molestia affectus, nihil sane mirum, videlicet post Christi mortem, postquam ille tam elementer nobis omnia peccata remisit, post tot præcepta referta evangelicæ

philosophiæ: cæterum in Veteri Testamento cum lex permitteret oculum pro oculo effodere, ac dentem pro dente extundere (Exod. 21. 24), eumque qui læsisset talionis poena ulisei, aliquem existisse qui præceptorum fines transilierit, adque apostolicam pervenerit philosophiam, quem auditorum non adducet in stuporem? quem si non iuitemur, non privet omni venia, omnique excusatione? Sed ut accuratius ejus virtutem cognoscatis, concedite mihi ut orationem paulo altius repetam, ac beneficia commemorem quæ beatus ille vir in Saule contulit. Nam non ulcisci ipiunicum qui simpliciter læsit, non mirum est: at qui hominem a se multis affectum beneficiis, sed qui pro benefactis beneficium semel atque iterum, imo frequenter interficere conatus sit, posteaquam in manus incidisset, ut jam liceret occidere, non ipsum dimisit tantum, verum etiam ex aliorum insidiis eripuit; præsertim cum sciret illum post eadem moliturum: quid is reliquum fecit, quod ad summam philosophiam possit adjungi?

2. *Beneficia Davidis in Saule.* — Quibus autem beneficiis David affecerit Saulem, quando et quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Cum aliquando Judæi bello difficillimo premerentur, adeo ut omnes pavore essent consternati, nec quisquam auderet erigere caput, sed in extrema desperatione esset civitas, singulis mortem præ oculis habentibus, quotidieque interitum expectantibus cunctis, ut vitam agerent miseriorem iis qui degunt in teterrimo carcere, hic ab ovibus veniens ad exercitum, cum per ætatem nec artem bellandi callere posset, ac laborum militarium rudis esset, ipse pro universis bellum in se recepit, ac feliciter rem gessit, supra quam quisquam sperasset. Quamquam etiam si virtuti defuisset eventus, tamen ob solam animi promptitudinem egregiumque propositum coronandus erat. Jam si quis e numero militum ætate vigens facinus hoc designasset, nihil fuisset mirum, videlicet id postulante militari lege. At hic qui nullam videbat necessitatem huc adigentem, ac multos etiam habebat dehortantes: nam et frater illum increpavit, et rex perspicuens illum nondum ætate maturum, ac periculis perferendis inhabilem cohibuit, ac manere jussit, dicens: *Non poteris ire, quoniam puer es: ille vero vir est bellator ab adolescentia sua* (1. Reg. 17. 33): attamen cum nulla illum provocaret occasio, suapte sponte et ex sese divino accensus zelo, patriæque caritate, perinde quasi oves cerneret verius quam homines, et quasi canes invasurus esset potius quam hominum, numerosum hominum exercitum, adeo intrepide ad barbaros cucurrit: idque temporis tantam erga regem sollicitudinem declaravit, ut illum etiam ante prælium ac victoriam in faciem prostratum erexerit. Neque enim factis modo juvit illum, sed ante factum etiam verbis hortatus est bono animo ut esset, ac persuasit, utque de eventu bonam conciperet spem, effecit ita loquens: *Ne concidat cor domini mei in ipso, quoniam servus tuus ibit, pugnabitque cum alienigena hoc* (Ibid. v. 32). Quæro, num hoc parvum videtur, nulla ne-

(a) Homilia de Debitore decem millium talentorum.

essitate compulsus, suam ipsius vitam prodere, et in eorum utilitatem a quibus nihil umquam acceperat beneficii, in medios hostes irruere? Annon par erat, hunc post tale facinus ornato titulo domini eolumnis inscripto, et publicum civitatis servatorem appellare, qui et regni decus, et civitatum fundamenta, et omnium vitam opitulante Dei gratia servavit? Quod esse poterat aliud beneficium hoc majus? Neque enim in gloriam aut potentiam, sed in ipsam ipsius vitam beneficium hoc contulit, et ab ipsis mortis portis revocavit: itaque si humanum quidem subsidium spectes, illius beneficio deinde vixit rex, ac principatum servavit. Et postea, quam illi reposuit gratiam? Nam si quis perpendat præclare gestorum magnitudinem, etiamsi rex a suo capite detractam coronam Davidis capiti imposuisset, numquam parem retulisset gratiam, sed amplio rem debuisse. Hic enim et vitam et regnum illi donavit, ille vero huic regnum tantum erat cessurus. Veruntamen consideremus relatam pro benefactis gratiam. Quæ tandem erat illa? De cætero et ab illo die suspectum habuit David, et ab illo metu sibi. Cur et quam ob causam? Nam et suspicionis causa commemoranda est. Neque enim quidquid aliquis dixerit, idem esse justum affirmabit. Nam erga eum qui animam impendit, et vitam dedit, quæ poterat esse justa suspicionis causa? Sed tamen ipsam inimicitie causam inspicimus, ut aliquid discatis, quod nec ipsa victoria sit inferius: quodque David sit honore dignus ob ea ipsa, propter quæ deinceps venit in suspicionem, insidiis appetitus est. Quæ igitur erat suspicionis causa? Postquam barbari illius caput abstulit, et spolia gestans rediit: *Exierunt, inquit, mulieres canentes ac dicentes: Percussit Saül in millibus suis, et David in decem millibus suis. Et iratus est Saül, et suspectum habuit David ab eo die ac deinceps (1. Reg. 18. 6-9).* Cujus obsecro, rei gratia? Etiam si hæc præter meritum fuissent dicta, ne sic quidem oportebat hostilem in Davidem gerere animum: sed postquam ex rebus gestis illius erga se benevolentiam habebat compertam, quippe qui nullo cogente aut compellente, suapte benevolentia tantum subisset discriminis, non oportebat deinceps quidquam de illo suspicari mali. Nunc autem jure laudes proferebantur; et si fas est vera proloqui, in Saülis gratiam illa dicta sunt potius, quam in Davidis; debebat autem satis habere, quod illi tribuissent mille. Cur igitur indignatus est, quod Davidi tribuerint decem millia? Etenim si rex ad bellum finiendum vel paululum aliquid momenti contulisset, recte tam dictum fuisset, *Saül in millibus, David in decem millibus.* Quod si ipse quidem pavidus ac tremens domi desedit, in singulos dies mortem expectans, hic autem totum facinus peregit: annon absurdum erat, eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat, ob id indignari, quod non plus laudis tulisset? Nam si indignandum erat, Davidem potius conveniebat indignari, quod cum solus totum gessisset, alterum haberet laudis participem.

3. Sed horum nihil dico: verum illud dixerim: ut

donemus non recte fecisse mulieres, easque fuisse criminari obnoxias, et accusatione dignas, quid hæc ad Davidem? Neque enim ipse composuerat cantionem, neque illis suaserat, ut dicerent quæ dicebant, neque adornarat illum laudationis modum. Proinde etiam indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, non de civite bene merito, et infinitis digno coronis. At Saül omissis illis in David irascebatur. Jam si ea laude sublatus ille beatus invidiosus rerum potenti, fuissetque ipsi contumeliosus, et asperatus fuisset ejus imperium, forsitan aliqua fuisset invidendi causa: at si factus fuit humanior ac modestior, si in subditorum ordine se contulit, quæ tandem erat justa dolendi causa? Si quidem cum is qui honore afficitur, attollitur adversus eum a quo proventus est, nec desinit in illius contemptum honore abuti, habet dolor nonnullam excusationem: cæterum ubi persistit in honorando illum, aut potius magis obsequitur, ceditque in omnibus, quem postea potest habere prætextum invidia?

Non effertur David ob prosperum successum.—Itaque etiamsi nihil aliud præclare gestum fuisset, ob hoc ipsum tamen magis erat diligendus, quod cum tantam nactus esset occasionem occupandi regni, persistit in sua modestia. Neque enim quæ prius gesta sunt tantum, verum nec ea quæ consequuta sunt, superioribus illis multo præclariora, sustulerunt illi animos. Quæ tandem illa? *Erat, inquit, David prudens in omnibus viis suis, et Dominus omnipotens erat cum eo, universusque Israel et Juda diligebat David, quoniam ipse ingrediebatur et egrediebatur ante conspectum populi. Et Melehol filia Saül, et universus Israel diligebat illum. Et sapiebat supra omnes servos Saül; et honorabatur nomen illius valde (1. Reg. 18. 14. 16. 20. 30).* Et Jonathan filius Saül diligebat David vehementer (1. Reg. 18. 2). Veruntamen cum universum populum ac regis familiam sibi conciliatam haberet, cum ubique in bellis vinceret, nec umquam frustraretur successu, cumque pro bene gestis rebus illis talem gratiam reciperet, non erexit cervicem, nec regnum affectavit, nec hostem ultus est, sed perseveravit in benefaciendo, et in bellis pro rege feliciter gerendis. Quis est tam effersus et crudelis, cui ista non fuerint persuasura, ut inimicitiam deponeret, et invidiam abjiceret? At crudelem illum et inhumanum nihil horum flexit; sed ad hæc omnia cæcus, et invidia deditus, conatus est illum e medio tollere: et quid obsecro facientem? (nam id majus est ac stupendum,) canentem cithara, et ipsius insaniam sedantem. *David, inquit, psallebat manu sua quotidie: et hasta in manu Saül: ac sustulit Saül lanceam, dixitque, Insurgam in David; et fixit in parietem: et declinavit David a facie ejus his (Ibid. v. 11).* Potestne huic malitie quidquam adjungi? Illa forte quæ post subsequuta sunt. Qui nuper hostes abegerat, per quem civitas sibi fuerat reddita, cunctis pro victoria victimis immolantibus: Saül beneficium et servatorem, ac bonorum illorum auctorem conatus est interficere psallentem: ac ne beneficiorum quidem memoria furentem illum ac delirantem coercuit, sed semel et bis torsit in illum ha-

τὴν ψυχὴν ἐπιδοῦναι τὴν ἐαυτοῦ. καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκεῖ-
 νων ὠφελείας εἰς μέσους πηθήσαι τοὺς πολεμίους,
 μηδὲν μηδέποτε παρ' αὐτῶν εὖ παθόντα; Ἐπειδὴ οὐκ
 ἔδει αὐτὸν μετὰ ταῦτα δεσπότην ἐπιγράφεσθαι, καὶ
 σωτήρα κοινὸν τῆς πόλεως ἀναγορεύειν, τὸν καὶ τὸ
 σχῆμα τῆς βασιλείας, καὶ τὸ τῶν πόλεων ἔδαφος,
 καὶ τὴν ἀπάντων ζωὴν μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν
 διατηρήσαντα; Ποία γὰρ ταύτης εὐεργεσίας μείζων
 ἔτερα ἦν; Οὐ γὰρ εἰς χρήματα, οὐδὲ εἰς δόξαν καὶ
 δυναστείαν, ἀλλ' εἰς αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τὴν
 εὐεργεσίαν κατέθετο, καὶ ἐξ αὐτῶν αὐτὸν ἀνεκαλέ-
 σαστο τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, καὶ τό γε εἰς ἀν-
 θρωπον ἦκον, δι' ἐκεῖνον ἐξ ἡλοιπῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ
 ἀπέλαυε τῆς ἀρχῆς. Τίσι οὖν αὐτὸν μετὰ ταῦτα
 ἠμίχθη; Εἰ μὲν γὰρ αὐτό τις τῶν κατορθωμάτων
 ἴδοι τὸ μέγεθος, οὐδ' εἰ τὸν στέφανον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ
 λαβῶν κεφαλῆς ἐπὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ ἔθηκεν, οὐδέπω
 τὴν ἀξίαν ἦν ἀποδεδοκῶς, ἀλλὰ τὸ πλέον ὀφείλων.
 Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ζῶν καὶ βασιλείαν αὐτῷ ἐχα-
 ρίστατο· οὗτος δὲ βασιλείας αὐτῷ παραχωρεῖν ἐμελλε
 νόησεν. Πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν αὐτοῦ τὰς ἀμοιβάς. Τίνος
 οὖν ἦσαν αὐταί; Δι' ὑποψίας εἶχεν αὐτὸν λοιπὸν, καὶ
 ὑπεβλέπετο ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκεῖνης. Τίνος ἔνεκεν,
 καὶ διὰ τί; Ἀναγκαῖον γὰρ καὶ [751] τῆς ὑποψίας
 τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. Οὐδὲν μὲν γὰρ, ὅπερ ἂν εἶπη τις,
 εἶρε δίκαιον. Πρὸς γὰρ τὸν τὴν ψυχὴν χαρισάμενον,
 καὶ τὴν ζωὴν δωρησάμενον, ποία δικαίως ὑποψίας
 πρόφασις ἦν; Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν αἰτίαν τῆς
 ἐχθρας ἴδωμεν, ἵνα μάθητε, ὅτι καὶ τῆς νίκης οὐκ
 ἔλαττον καὶ διὰ ταῦτα τιμᾶσθαι δίκαιος ἦν, δι' ὅπερ
 ὑπωπτεύετο καὶ ἐπεβουλεύετο μετὰ ταῦτα. Τίς οὖν
 ἡ αἰτία τῆς ὑποψίας ἦν; Ἐπειδὴ τοῦ βαρβάρου τὴν
 κεφαλὴν ἔλαβε, καὶ τὴν λάφυρα ἔχων ἐπανήκει, Ἐξῆλ-
 θον αἱ χορεύουσαι, φησὶν, ἴδουσαι καὶ λέγουσαι·
 Ἐπάταξε Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ, καὶ Δαυὶδ ἐν
 μυριάσιν αὐτοῦ. Καὶ ὤργισθη Σαοὺλ, καὶ ἦν
 ὑποβλεπόμενος τὸν Δαυὶδ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκεῖ-
 νης καὶ ἐπέκεινα. Τίνος ἔνεκεν, εἰπέ μοι; Μάλιστα
 μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἀδίκως; ταῦτα εἰλέγετο, οὐδὲ οὕτως
 πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς διατεθῆναι ἔδει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν
 γεγεννημένων τὴν εὐνοίαν αὐτοῦ μαθόντα, καὶ ὅτι
 μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδὲ βιαζομένου, ἐξ οικείας
 εὐνοίας τοσοῦτον ὑπέμεινε κίνδυνον, μηδὲν μηκέτι
 λοιπὸν ὑποπτεύειν περὶ αὐτοῦ πονηρόν. Νουτὶ δὲ καὶ
 τὸ δίκαιον εἶχον αἱ εὐφημίας· καὶ εἰ, χρὴ τι θαυμα-
 στὸν εἰπεῖν, τῷ Σαοὺλ ἐχαρίσαντο μᾶλλον, ἢ τῷ Δαυὶδ
 ταῦτα λέγουσαι· καὶ ἀγαπᾶν αὐτὸν ἐχρῆν, ὅτι τὰς
 χιλιάδας γούν ἔδωκαν αὐτῷ. Τί οὖν ἀγανακτεῖ, ὅτι
 ἔδωκαν τὰς μυριάδας ἐκεῖνω; Εἰ μὲν γὰρ ἦν τι συν-
 τελέσας εἰς τὸν πόλεμον, καὶ μικρὰν γούν τινα μοί-
 ραν εἰσενεγκών, καλῶς ταῦτα ἐλέγετο, ὅτι Σαοὺλ
 ἐν χιλιάσιν, καὶ Δαυὶδ ἐν μυριάσιν. Εἰ δὲ αὐτὸς
 μὲν δεδοκῶς καὶ τρέμων ἔνδον ἐκάθητο, καθ' ἐκά-
 στην ἡμέραν ἀποθανεῖσθαι προσδοκῶν, οὗτος δὲ τὸ
 πᾶν εἰργάσατο, πῶς οὐκ ἄτοπον ἦν, τὸν μηδὲν εἰς
 τοὺς κινδύνους ἐκεῖνους συμβαλλόμενον ἀγανακτεῖν,
 ὅτι μὴ τὸ πλέον τῆς εὐφημίας ἔλαθεν; Εἰ γὰρ ἀγα-
 νακτεῖν ἐχρῆν, τὸν Δαυὶδ ἀγανακτεῖν ἔδει, ὅτι τὸ πᾶν
 αὐτὸς κατορθώσας, μεριστῆν ἕτερον ἔσχε τῆς εὐ-
 φημίας.

γ'. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲν τούτων λέγω, ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν εἴ-
 πομι· ἔστω κακῶς πεποιηκέναι τὰς γυναῖκας, καὶ

ἐγκλημάτων ἀξίας εἶναι καὶ κατηγορίας· τί ταῦτα
 πρὸς τὸν Δαυὶδ; Οὐ γὰρ δὴ τὰ ἔσματα αὐτὸς συνέθη-
 κεν, οὐδὲ ἐκεῖνας λέγειν ἄπερ ἔλαγον αὐτὸς ἀνέπει-
 σαν, οὐδὲ κατεσκευάσει τούτων τὸν τρόπον γενέσθαι
 τῆς εὐφημίας. Ὡστε εἰ καὶ ἀγανακτεῖν ἔδει, ἐκεῖ-
 ναις ἐχρῆν ἀγανακτεῖν, οὐ τῷ κοινῷ τῆς πόλεως
 εὐεργέτῃ, καὶ μυρίων στεφάνων ἀξίῳ. Ὁ δὲ ἐκεῖνας
 ἀφελὲς, ἐπὶ τούτων ἦει. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τῆς εὐφημίας
 ἐκεῖνης ἐπαρθεὶς ὁ μακάριος ἐφθόνηε τῷ κρατοῦντι
 καὶ ὀβριζεν εἰς αὐτὸν, καὶ διέπτυσεν αὐτοῦ τὴν
 βασιλείαν, τάχα εἶχε τινα λόγον ὁ φθόνος· εἰ δὲ
 ἐπιεικτέρος ἐγίνετο καὶ πράτερος, καὶ τὴν τῶν
 ἀρχομένων ἔμενε διατηρῶν τάξιν, ποῖαν εἶχε δικαίαν
 πρόφασιν ἢ λύπη; Ὅταν μὲν γὰρ ὁ τιμώμενος ἐπαί-
 ρηται κατὰ τοῦ παρευδοκιμουμένου, καὶ διατελῆ ταῖς
 τιμαῖς εἰς ὕβριν κειρημένος ἐκεῖνου, λαμβάνει τινὰ
 ἀφορμὴν τὸ πάθος· ὅταν δὲ μὲν τιμῶν, μᾶλλον δὲ
 θεραπεύων μειζόνως, [752] καὶ εἶκον ἐν ἅπασιν, ποῖαν
 ἂν ἔχοι πρόφασιν ἢ βασκανία λοιπὸν;

Ἐπειδὴ εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ παρῶνται ἕτερον,
 δι' αὐτὸ τοῦτο μειζόνως αὐτὸν ἀγαπᾶν ἔδει, ὅτι
 τοσαύτην ἀφορμὴν λαβὼν πρὸς τυραννίδος ἐπιθέσειν,
 ἔμενε τὴν αὐτῷ πρόπουσαν ἐπιεικίαν διατηρῶν.
 Οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον τὰ πρότερα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ μετὰ
 ταῦτα πολλῷ μείζονα ὄντα ἐπῆρεν αὐτόν. Ποία δὴ
 ταῦτα; Ἦν Δαυὶδ συνίων, φησὶν, ἐν πάσαις ταῖς
 ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ Κύριος παντοκράτωρ μετ' αὐ-
 τοῦ, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδας ἠγάπων τὸν
 Δαυὶδ, ὅτι αὐτὸς ἐξεπορεύετο καὶ εἰσεπορεύετο
 πρὸ προσώπου τοῦ λαοῦ. Καὶ Μαλχὼλ ἡ θυγάτηρ
 Σαοὺλ καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτόν. Καὶ συνῆκε
 παρ' ἅπαντας τοὺς δούλους Σαοὺλ· καὶ ἐτιμῆκε
 τὸ βρομα αὐτοῦ σφόδρα. Καὶ Ἰωνάθαν υἱὸς Σαοὺλ
 ἠγάπα τὸν Δαυὶδ σφόδρα. Ἀλλ' ὁμως τὸν δῆμον
 ἅπαντα καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ βασιλέως οἰκωσάμενος,
 καὶ κρατῶν ἐν τοῖς πολέμοις πανταχοῦ, καὶ οὐδαμοῦ
 διαμαρτάνων, καὶ τοιαῦτα· ἀντὶ τῶν εὐεργεσιῶν
 ἐκεῖνων ἀπολαβὼν τὰς ἀμοιβάς, οὐκ ἐξετραχηλίετο,
 οὐδὲ ἐπεθύμει τῆς βασιλείας, οὐδὲ ἠμύνατο τὸν
 ἐχθρόν, ἀλλ' ἔμενε εὐεργετῶν. καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ
 πολέμους κατορθῶν. Τίνα οὐκ ἂν ἐπεισε ταῦτα ἐκ-
 τεθηρωμένον καὶ ἄγριον καταθέσθαι τὴν ἐχθραν, καὶ
 ἀπαλλαγῆναι τῆς βασκανίας; Ἀλλὰ τὸν ὡμὸν ἐκεῖ-
 νων καὶ ἀπάνθρωπον οὐδὲν τούτων ἐπεισεν· ἀλλὰ
 πρὸς ἅπαντα ἀποτυφλωθεὶς, καὶ τῇ βασκανίᾳ τὴν ψυ-
 χὴν ἐπιδοῦς, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπιχειρεῖ· καὶ τί ποιούντα
 (τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ μείζον καὶ θαυμαστόν); ψάλλ-
 λοντα καὶ κταστέλλοντα αὐτοῦ τὴν μανίαν. Δαυὶδ
 ἔψαλλε τῇ χειρὶ αὐτοῦ, φησὶν, ὡς καθ' ἐκάστην
 ἡμέραν· καὶ τὸ δόρυ ἐν τῇ χειρὶ Σαοὺλ· καὶ
 ἦρε Σαοὺλ τὸ δόρυ, καὶ εἶπε· Πατήξω ἐν Δαυὶδ·
 καὶ ἐπάταξεν ἐν τῷ τοίχῳ· καὶ ἐξέκλιε Δαυὶδ
 ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ δις. Ἐπειδὴ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν
 μείζονα τούτων πονηρίας ὑπερβολὴν; Ἐπειδὴ καὶ
 τὰ μετὰ ταῦτα. Ἄρτι τῶν πολεμίων ἀπελαθέντων,
 καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὴν ἀνακτησαμένης, καὶ πάντων
 ἐπινίκια θυόντων, τὸν εὐεργέτην καὶ σωτήρα καὶ τῶν
 ἀγαθῶν ἐκεῖνων αἰτίον ἀνελεῖν ἐπεχειρήσει ψάλλοντα,
 καὶ οὐδὲ τῆς εὐεργεσίας ἢ ὑπόθεσις τὸν μεμνηότα
 καὶ παραπαλιότα κατέστειλεν ἐκεῖνον, ἀλλὰ καὶ ἅπαξ
 καὶ δις ἠκόντισε, βουλόμενος ἀνελεῖν. Καὶ τοιαῦτα

¹ Reg. κατῶρθωτο.

² Sic Reg. melius quam editi, qui habent ἄρα ἂν ἔχοι
 ταῦτα πονηρίας ὑπερβολὴν.

³ Regii duo ἀνεκάλεσε.

αὐτῷ ἀντὶ τῶν κινδύνων τὰς ἀμοιβὰς ἐδίδου. Καὶ πολλάκις τοῦτο ἐποίησε, καὶ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ὁ δὲ ἄγιος ἐκεῖνος καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἔμνευε τὰ ἐκείνου θεραπεύων, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ κινδυνεύων, καὶ παρασπατόμενος ἐν τοῖς πολέμοις ἄσπασι, καὶ τὸν ἑαυτοῦ διασώζων σφαγία τοῖς οικείοις κινδύνοις, καὶ οὔτε ἐν ῥήμασιν, οὔτε ἐν πράγμασιν ἐλύπησε τὸν ἄγιον θῆρα ἐκείνου, ἀλλὰ πρὸς πάντας εἶκε καὶ ὑπέκουε, καὶ τὸ ὀρισθῆν αὐτῷ τῆς νίκης ἐπαθλον οὐ λαθὼν, ἀλλ' ἀποστρηθεὶς τὸν μισθὸν τῶν κινδύνων ἐκείνου, οὐδὲ λόγῳ ποτὲ ἐνεκάλεσεν, οὐ τοῖς [753] στρατιώταις, οὐ τῷ βασιλεῖ· οὐ γὰρ ἐπὶ μισθῷ ταῦτα ἔπραττεν ἀνθρώπινω, ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ἐκδοχόμενος ἀμοιβήν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ ἀπήτησε τὸν μισθὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ διδόμενον διεκρούσατο διὰ πολλὴν ταπεινοφροσύνης ὑπερβολήν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Σαοὺλ πάντα κινῶν καὶ πραγματευόμενος οὐκ ἴσχυεν αὐτὸν ἀνελεῖν, ῥάπτει τὸν διὰ τοῦ γάμου ὄλλον, καὶ καινὸν τινα προικὰς καὶ ἔδων ἐπινοεῖται τρόπον. *Οὐ γὰρ βούλεται, φησὶν, ὁ βασιλεὺς ἔδωτα, ἀλλ' ἡ ἐκατὸν ἀκροβυστίας ἐκδικήσασαι εἰς τοὺς ἐχθρούς τοῦ βασιλέως.* Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· *Ἀναλέ μοι, φησὶν, ἐκατὸν ἄνδρας, καὶ τοῦτο ἀντὶ τῶν ἔδων ἔσται μοι.* Ταῦτα δὲ ἔλεγε βουλόμενος αὐτὸν προφάσει τοῦ γάμου παραβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς.

θ. Ἄλλ' ὅμως ὁ Δαυὶδ κατὰ τὴν αὐτοῦ πραότητα τὰ πράγματα κρίνων, διεκρούσατο τὸν γάμον, οὐ διὰ τὸν κίνδυνον, οὐδὲ διὰ τὸν φόβον τῶν πολεμίων, ἀλλὰ διὰ τὸ νομίζειν ἀνάξιον ἑαυτὸν εἶναι τῆς πρὸς ἐκεῖνον συγγενείας, καὶ ταυτὶ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ λέγει τὰ ῥήματα· *Εἰ κοῦφόν ἐστιν ἐν ὀφθαλμοῖς ὁμῶν ἐπιγαμβρεῦσαι με τῷ βασιλεῖ; ἐγὼ δὲ ἄνηρ ταπεινός, καὶ οὐκ ἐντιμός.* Καὶ μὴν ὀφειλὴ τὸ πρῆγμα ἦν, καὶ μισθὸς καὶ ἀνταπόδοσις τῶν πόνων· ἀλλ' οὕτως ἦν συντετριμμένην ἔχων τὴν καρδίαν, ὡς μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα, καὶ λαμπρῶν οὕτως νίκην, καὶ ὑπόσχεσιν ὁμολογημένην, ἀνάξιον εἶναι νομίζειν τοῦ λαβεῖν τὸν ὀφειλόμενον αὐτῷ μισθόν· καὶ ταῦτα ἐνόμιζε, πάλιν μέλλων κινδυνεύειν. Ἐπειδὴ δὲ τῶν πολεμίων ἐκράτησε, καὶ τὴν θυγατέρα ἔλαβε τοῦ βασιλέως, πάλιν *Ἐψάλλειν ὁ Δαυὶδ, καὶ ἐξήτει Σαοὺλ τοῦ πατρός αὐτὸν ἐν τῷ ὄρατι, καὶ ἐπάταξε· καὶ ἐξέλιπεν ὁ Δαυὶδ· καὶ ἐπάταξε τὸ δόρυ ἐν τῷ τόλῳ.* Τίνα οὐκ ἂν καὶ τῶν σφόδρα φιλοσοφεῖν ἐπισταμένων εἰς θυμὸν ταῦτα ἐξήνεγκε, καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, τῆς οικείας προνοούσης ἀσφαλείας ἐπεισεν ἀνελεῖν τὸν ἀδίκως ἐπιβουλευόντα; Οὐδὲ γὰρ φόβος τὸ πρῆγμα λοιπὸν ἦν, ἀλλὰ καὶ οὕτω τὸ μέτρον τοῦ νόμου τότε ὑπερβαίνειν ἔμελλεν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ ἐξορύττειν ἐκέλευεν· οὗτος· *ὅτι· ὅτι εἰ καὶ ἔσφαξεν, ἀντὶ τριῶν φόνων ἕνα εἰργάζετο, τριῶν φόνων οὐδεμίαν εὐλογον ἔχόντων προφάσει.* Ἄλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ἤρπασε φυγεῖν μέλλον, καὶ τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκπεσεῖν, καὶ πλανήτης εἶναι, καὶ δραπετεύειν, καὶ τάλαιπωροῦμενος τὴν ἀναγκαίαν πορίζειν τροφήν, ἢ τῷ βασιλεῖ γενέσθαι σφαγῆς αἴτιος. Οὐ γὰρ ὅπως ἑαυτὸν ἐκδικήσειεν, ἀλλ' ὅπως ἐκείνου ἀπαλλάξειε τοῦ πάθους ἐσκόπει. Διὰ τοῦτο τῶν ὀφθαλμῶν ἑαυτὸν ὑπέξηγαγε τοῦ ἐχθροῦ, ὥστε ὑποσῦραι τὸν ὄγκον, καὶ καταστῆσαι τὴν φιλεργονίαν, καὶ παραμυθησασθαι τὴν βασκανίαν. Βέλτιον ἐμὲ, φησὶν, τάλαιπω-

^a Unus ἔδων ποιεῖται τρόπον.

ρεῖσθαι καὶ μυρία πάσχειν δεῖν, ἢ τοῦτον ἀίκιον σφαγῆς παρὰ τῷ θεῷ κρῖνεσθαι. Ταῦτα μὴ μόνον ἀκούωμεν, ἀλλὰ καὶ μιμώμεθα, καὶ πάντα ὑπομεινωμεν καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ὥστε ἀπαλλάξει τοὺς ἐχθρούς τῆς πρὸς ἡμᾶς [754] ἀπεχθείας· καὶ μὴ τοῦτο ζητῶμεν, εἰ δίκαιος, ἢ ἀδίκως πρὸς ἡμᾶς ἀπεχθάνονται, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον, ὅπως μηκέτι καθ' ἡμῶν ἐχθραῖνοιεν. Καὶ γὰρ ἔλατρός τοῦτο σκοπεῖ, ὅπως ἀπαλλάξειε τοῦ νοσηματος τὸν κάμνοντα, οὐκ εἰ δίκαιος, ἢ ἀδίκως τὴν ἀρρώστιαν ἑαυτοῦ ἐπισπάσαστο. Καὶ αὐ τοῖνον ἰατρός εἰ τοῦ λελυπηκότος· ἐν ζήτησι μόνον, ὅπως αὐτοῦ τὴν ἀρρώστιαν ἀνέλῃς. Ὁ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ^b ἐποίησε, πενίαν ἀντὶ πλοῦτου, ἐρημίαν ἀντὶ πατρίδος, πόνους καὶ κινδύνους ἀντὶ τρυφῆς καὶ ἀδείας, φυγὴν διηνεκῆ ἀντὶ τῆς οἰκονομῆς ἐλόμενος, ἵνα ἐκείνου ἀπαλλάξῃ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἀπεχθείας καὶ ἐχθρας. Ἄλλ' οὐδὲν οὐδὲ οὕτως ἐκέρθανεν ὁ Σαοὺλ, ἀλλ' ἐδίωκε καὶ πανταχοῦ περιεῖρε ζητῶν τὸν ἠδικηκότα μὲν οὐδὲν, ἀδικηθέντα δὲ τὰ ἔσχατα, καὶ μυρία αὐτὸν ἀντὶ τούτων ποθεσαντα ἀγαθὰ· καὶ οὐκ εἰδώς, εἰς αὐτὰ λοιπὸν τοῦ Δαυὶδ ἐμπίπτει τὰ δίκτυα. *Ἐν γὰρ ἐκεῖ σπηλαίον, φησὶ, καὶ εἰσηλθε Σαοὺλ παρασκευάσασθαι. Καὶ Δαυὶδ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἑσπέρῳ ἐκάθητο. Καὶ εἶπον οἱ ἄνδρες Δαυὶδ πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ ἡ ἡμέρα, καθὼς εἶπε Κύριος· Δίδωμι τὸν ἐχθρὸν σου εἰς τὰς χεῖρας σου, καὶ ποιήσεις αὐτῷ τὸ ἀρεστόν ἐν ὀφθαλμοῖς σου. Καὶ ἀνέστη Δαυὶδ, καὶ ἀφείλε τὸν περὶ ὄριον τῆς διαπλοῖδος Σαοὺλ λαθραίως. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπάταξε τὸν Δαυὶδ ἡ καρδία αὐτοῦ, ὅτι ἀφείλε τὸ περὶ ὄριον τῆς διαπλοῖδος, καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ· Μηδαμῶς μοι παρὰ Κυρίου ποιήσασαι τὸ ῥῆμα τοῦτο τῷ κυρίῳ μου, τῷ χριστῷ Κυρίου, ἐπενεργήσεν τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτόν, ὅτι χριστὸς Κύριον ἐστίν. Εἶδες τὰ δίκτυα τεταμένα, καὶ τὸ θῆραμα ἐνασπιλημένον, καὶ τὸν κνηγέτην ἐστῶτα, καὶ πάντας ἐγκαλειουμένους βαπτίσει τὸ ξίφος εἰς τὸ τοῦ πολεμίου στήθος; θέα μοι λοιπὸν τὴν φιλοσοφίαν, θέα τὴν πάλιν, τὴν νίκην, τὸν στέφανον. Καὶ γὰρ στάδιον ἦν τὸ σπηλαίον ἐκεῖνο, καὶ κάλη θαυμαστή τις ἐγένετο καὶ παράδοχος. Ἐπάλαυ μὲν γὰρ ὁ Δαυὶδ, ἐπίκτευε δὲ ὁ θυμὸς, καὶ ἐπαθλον ὁ Σαοὺλ ἔκαιοτο, καὶ ἀγνωστέτης ἦν ὁ θεός· μέλλον δὲ οὐ πρὸς ἑαυτὸν μόνον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτοῦ ἦν αὐτῷ ὁ πόλεμος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς παρόντας στρατιώτας. Εἰ γὰρ καὶ φιλοσοφεῖν ἤθελε καὶ φείδεσθαι τοῦ λελυπηκότος, εἰκὸς ἦν καὶ δεδοικέναι αὐτὸν ἐκείνους, μήποτε καὶ συγκόψασιν αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὅτε λυμῶνα καὶ προδότην αὐτὸν ὄντα τῆς αὐτῶν σωτηρίας, καὶ τὸν κοινὸν ἐχθρὸν αὐτῶν διασώζοντα. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν ταῦτα κατὰ δianoian ἕκαστον αὐτῶν δυσχεραίνοντα λέγειν· Πανήτης καὶ φυγάδες ἐγεγόμεθα ἡμεῖς, καὶ οἰκίας καὶ πατρίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἐξεπέσομεν, καὶ τῶν δυσχερῶν σοι πάντων ἐκοινωνήσαμεν· καὶ σὺ τῶν κακῶν τούτων τὸν αἴτιον εἰς χεῖρας λαθὼν, ἀφείναι διανοῆ, ἵνα μηδέποτε τῶν κακῶν τούτων ἡμεῖς ἀνακνύσομεν ^c, καὶ σπουδάζων τὸν ἐχθρὸν διασώσαι, προδίδως τοὺς φίλους; Καὶ ποῦ ταῦτα δίκαια; Εἰ γὰρ τῆς ἐπιστοῦ καταφρονεῖς σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φείσεαι [755] ψυχῆς. Οὐ λυπεῖ σε τὰ παρελθόντα; οὐδὲ μέμνησαι τῶν κακῶν ὧν ἐπαθες παρ' αὐτοῦ; Διὰ τὰ*

^b Reg. unus ὁ μακάριος; οὗτος. Alius ὁ μακάριος; οὗτος.

^c Reg ἀνακνύσομεν.

ceam, cupiens occidere. Et hujusmodi mercedem illi pro susceptis periculis reposuit. Idque fecit non uno die, sed sæpius. At sanctus ille post hæc omnia perseveravit curare regis negotia, proque salute illius suscipere pericula, et in acie stare in præliis omnibus, suoque periculo servare trucidatorem suum: denique nec dictis, nec factis contristavit immitem illam feram, sed concessit in omnibus dictoque-audiens fuit: cumque victoria præmium non accepisset, sed omnium illorum periculorum mercede fraudatus esset, ne verbo quidem expostulavit umquam, non cum militibus, non cum rege, quod hæc non gessisset spe mercedis, supernam exspectans retributionem. Nec id solum est admiratione dignum, quod non poposcit præmium, sed quod etiam cum daretur, ob eximiam animi modestiam recusavit. Siquidem posteaquam Saül, omnia molitus, et omnibus tentatis, non potuit illum interficere, consuit illi dolum per nuptias, ac novam quamdam dotis ac dotalium formam commentus est. *Non enim cupit, inquit, rex dotem, sed ut centum præputia exsolvat ab hostibus regis* (1. Reg. 18. 25). Id est: Occide mihi, inquit, centum viros, atque hoc erit mihi dotis vice. Hæc autem dicebat, cupiens illum obtentu conjugii hostibus objicere.

4. Nihil socius David pro sua modestia res æstimans, recusavit conjugium, non deterritus periculis, aut hostium metu, sed quod existimaret sese indignum affinitate regia; atque his verbis respondit ad servos illius: *An leve est in oculis vestris me facere generum regis, cum ego sim vir humilis ac nullius pretii* (1. Reg. 18. 25)? Atqui debebatur hoc honoris, ac merces et pensatio laborum: verum usque adeo cor habebat contritum, ut post tot res cum laude gestas, post adeo splendidam victoriam, post expressam promissionem, indignum se judicaret, qui debitam reciperet mercedem, idque cum denuo esset se periculis objecturus. Posteaquam autem hostes devicerat, ac filiam regis acceperat, rursus *Psallebat David, et quærebatur Saül eum lancea percutere, et percussit: David autem declinavit; et hasta impacta est parieti* (1. Reg. 19. 9. 10). Quem non ista vel apprime philosophum ad iracundiam excitassent? quis, etsi nulla alia adfuisset causa, saltem ut securitatem tibi pararet, injuste insidiantem non occidisset? Neque enim id homicidium fuisset, sed modum a lege præscriptum mansuetudine superasset. Nam illa oculus pro oculo jussit effodere (Exod. 21. 24): hic autem licet occidisset, pro tribus homicidiis unum exacturus fuisset, pro tribus, inquam, homicidiis, nulla probabili de causa tentatis. Nihil tamen horum tentavit David, sed potius habuit fugere, et a patrii ædibus exsulare, atque erronem profugumque agere, et in calamitate sibi necessarium parare victum; quam regi ædis occasionem dare. Nec enim eo spectabat, ut seipsum ulcisceretur, sed ut illum ab eo morbo liberaret. Hanc ob causam ab oculis inimici subduxit sese, ut sedati tumorem, contraheretque ardorem ulceris et invidiam mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse, innumeraque pati acerba, quam hunc apud Deum

de innocentis cæde condemnari. Hæc non audiamus tantum, verum etiam imitemur, nihil non faciamus et patiamur, ut inimici similitatem erga nos deponant, nec illud inquiramus, utrum merito an immerito malevolum animum erga nos gerant, sed hoc solum spectemus, ut nobis inimici esse desinant. Siquidem hoc spectat medicus, ut morbo liberet ægotam, non utrum merito, an immerito sibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus es ejus qui te læsit: unum hoc quære, quo pacto illi morbum adias. Id quod fecit hic beatus, egestatem præ divitiis, solitudinem præ patria, labores periculaque præ deliciis ac securitate, perpetuum exilium præ ædibus elegit, ut illum ab odio in ipsum malevolentiaque liberaret. At nec sic quidem melior factus est Saül, sed persequebatur, sed ubique circumibat quærens eum, qui non solum nihil læserat, sed cum esset læsus, maxima et innumerabilia pro injuriis bona rependerat. At Saül imprudens post incidit in retia Davidis. *Erat enim, inquit, ibi spelunca, et ingressus est Saül ut exoneraret alvum. David autem cum comitibus suis in interiore spelunca parte sedebat. Dixeruntque viri David ad illum: Ecce dies de quo dixit Dominus: Tradam inimicum tuum in manus tuas, faciesque illi quod placitum erit in oculis tuis. Et surrexit David, sustulitque laciniam chlamydis Saülis clanculum. Et posthæc percussit Davidem cor ipseus, quod abstulisset laciniam chlamydis, dixitque David ad viros suos: Avertat a me Dominus, ne faciam verbum hoc domino meo, christo Domini, militamque manum meam in illum, quoniam christus Domini est* (1. Reg. 24. 4-7). Vidisti tensa retia, vidisti prædam captam, vidisti venatorem erectum, vidisti omnes adhortantes, ut ense in hostis pectus immergeret? Nunc mihi specta philosophicam animi moderationem, specta luctam, victoriam, coronam. Nam spelunca illa campus erat, atque lucta quædam mirabilis dictaque incredibilis facta est. Luctatus est David, pugilem egit iracundia, Saül positus erat certaminis materia, agonothetes erat Deus: quin potius, non ipsi modo adversus seipsum, propriamque cupiditatem erat prælium, sed et adversus milites qui aderant. Etenim si voluisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat, consentaneum erat ut et illos metueret, ne forte ipsum trucidarent in spelunca, tamquam qui illorum salutem prodidisset, ac publicum ipsorum hostem servasset. Probabile enim est illorum unumquemque dolore percitum hæc intra se dicturos fuisse: Errones exsulesque sumus, domo, patria, cæterisque omnibus excussi, omniumque difficultatum tuarum consortes sumus: et tu eum, qui horum malorum est auctor, in manus tuas traditum, cogitas dimittere, ne nobis umquam liceat ab his calamitatibus respirare, ac proditis amicis hostem servare studeas? An hæc justa sunt? Nam si tuam ipsius salutem negligis, nostræ certe vitæ parcas. Non tibi dolent anteacta, neque memor es malorum quæ ab illo perpessus es? Certe ab ea quæ futura sunt, tolle hostem, ne majora et acerbiora perpetiamur mala. Hæc ut verbis non sint proloquuti, tamen animo securi

olvebant cum ista, tum istis etiam alia majora.

